



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Liber VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER SEXTUS.

## TITULUS I.

### De modis quibus acquirantur Beneficia Jure Extraordinario.

#### SUMMARI A.

- 1. *Continuatio.* *ex conferentium personis sunt metiendi.*
- 2. *Modi extraordinarii*
- 3. *Qui sint.*



Explicatis in precedenti libro modis, quibus acquiruntur Beneficia *Jure Ordinario*, consequens, ut explicemus hōc modos, quibus eadem acquirantur *Jure Extraordinario*.

Metiendi ii ex conferentium personis. Quae sunt Papa & Legatus à Latere, Beneficia vacantia in Diocesi Ordinariorum sua conferentes; beneficia, cum vacatura, ut conferant, mandantes: Ea in eum casum sibi reservantes: Nominations ad beneficia concedentes.

Modi ergo Jure Extraordinario acquirendi Beneficia, sunt: 1. Collatio Papae extra Diocesim; 2. Ejus Præventio; 3. Mandatum de providendo; 4. Reservatio; 5. Nominatio. De quibus omnibus tractabimus in hoc libro sexto.

[Nn] 2

TITU-

TITULUS II.

De Collatione Papæ extra Dioecesim.

SUMMARIA.

- 1. *Papa quomodo conferat Beneficia.*
- 2. *Quæ suo jure.*
- 3. *Quæ extra ordinem.*
- 4. *Quomodo.*
- 5. *Est inter Signaturam & Bullam differentia.*
- 6. *Multiplex.*
- 7. *Quid servetur in Galiliis.*
- 8. *Quæ debeant continere Bullæ.*
- 9. *Cui noceat eorum Reti- centia.*
- 10. *Requisita vel versan- tur circa beneficium im- petrandum, vel obtin- tum.*
- 11. *Quæ illa.*
- 12. *Quæ hæc.*
- 13. *Quid si sint plures qualitates.*
- 14. *Dicta & extenduntur ad alia.*
- 15. *Rescriptis ad Beneficia solent adijci Clau- sula: Quæ?*
- 16. *Earum vis.*
- 17. *Unde in Rescriptis eorum deprehendatur fal- sitas.*
- 18. *Quæ regula ipsi solent obijci.*

**P**apa Beneficia vacantia vel suo jure; id est, ordinario con- fert, vel extra ordinem.

**Suo jure.** 1. Beneficia suæ Dioeceseos; 2. Vacantia in Curia Romana; 3. Ab Ordinariorum potestate Exempta; c. j. de renunt. 4. Ad ipsum devoluta. U; dictum supra. Extra

Corvinu  
De Person  
et Benef. Eccel  
G IV  
32

*Extra Ordinem* in Aliorum Dicecesi fita. In quorum Collatio- 3  
ne ex plenitudine potestatis, ut diximus, concurrat cum Ordinariis.

Fit ea Collatio per *Signaturam & Bullas*, ut vocant. Quamvis 4  
enim Papæ gratia solo fieri possit verbo; *can. institutionis. 25. qu. 2. Clem. c. dudum. de sepult.* tamen cum secundum Romanæ Curia stylum gratia non expediatur, nisi per signaturam & Bullas, sunt hæ non tantum ad probationem Collationis & Tituli necessariæ, sed de ejus existentia.

Est inter *Signaturam & Bullam* differentia multiplex. 5

*Signatura* est, quæ conscribitur in papyro absque sigillo, conti- 6  
nens in medio scriptæ supplicationem partis & Papæ concessionem: *Bulla*, fit in membrana plumbo finibus pendente. *Petr. Gregor. in syn- tagm. jur. univ. lib. 17. cap. 15. num. 11. vid. Rebuff. in praxi benef. tit. de signatura.* *Signatura* conscribitur verbis paucis; illud extenditur in *Bulla*: & sic signatura est veluti Breve: id est, compendium & scriptio contractior. *sec. Zonaram in concil. Carthagen. art. 6. Græcè βρέβιον ἢ βρέβιον λέγει καὶ ἑὸς ἑὸς ἑὸς ἑὸς.* *Optatus lib. 1. dicit, Brevis auræ & argenti Ceciliano traditur adhibitis testibus: Unde Breviarium: Nithard. lib. 4. & in Legib. Francicis. Annas in Alexiade.* Dicitur etiam *Pittacium*, in *Glossis veterib. Moscopulo περὶ ἰστορίας δωδεκάτομα καὶ δεκάτομα τῶν δεσποτῶν*, id est, *pittacia Dorice minuta ex pellibus segmenta.* Unde *Pettochia Bulla* totas significat literas, licet propriè *Bulla* sit sigillum rotundum pendens in modum *Bullæ*: sive sit plumbeum, sive auro vel argento exceptum: *Gloss. in Clem. 1. in verb. aurea bulla. de jurejur. Gloss. antiq. in reg. Cancell. 14. & 69.* Sic in *S. Basilii vita & plumbo bullarum illam chartam.* In *vita Johannis Eleemosynarii: dat ei propriam pittacium bullarum: Dicta confirmat c. licet. 5. de crim. falsi.* ubi *Bulla* distinguitur à literis, & sumitur pro literarum sigillo. *vid. & c. quam grave. 6. eod.* Propterea si de verbo aliquo in *Bulla* posito oriatur dubitatio, recurri debet ad *Signaturam* tanquam ad prototypum: & aliquando pro *signatura* contra *Bullas* judicatum; reperta scilicet in illa clausula, quæ non erat in *Bulla*: *Rebuff. d. loco.* Nec tamen *Signaturæ* vis est tanta, quanta est *Bullarum*: Habetur enim *Signatura* ante literarum, seu *Bullarum* confectionem res informis. *Rota decis. 19. de concess. præb.*

*præb. in novis.* Ut & probat Regula Cancellariae de non iudicando juxta formulam supplicationis, sed literarum expeditarum; Quippe per quam expeditionem forma & perfectio datur gratia: Rota decis. 27. de rescriptis in novis. Egid. decis. 736. Expeditæ autem sunt literæ, quando sunt in plumbo. d. c. licet. Felin. in c. ex diligenti. de Simonia. Insuper non habent signaturam, sed Bulla est titulus Beneficii verus: Gloss. in verb. exhibent. tit. de provogat. dilation. ad approb. Concord. in Concord. Joan. de Milan. d. reg. in verb. gratia Apostolica. Præbet tamen Signatura Titulum honoratum. sec. Cassiodor. fin. decis. de restitut. spoliat.

7 In Galliis hodie, Signatura agnita, vel verificata, per Banqueros seu Mensarios, vacante Sede Romana, favore pauperum, vivente Papa, itineribus ob bella vel alio modo interceptis, Bullarum habentiarum parumque disquirunt Curia, num Bullæ sint pro beneficiis modestioribus: ut judic. tradit Papon. lib. 2. Arrestor. tit. 3. arrest. 3. & 4. vid. Debuff. d. prax. in 1. par. de tertia parte Signaturæ. Dartis tract. de Benefic. sect. 7. cap. 1. vers. illud. in fin. Et in majoribus, etsi Signatura non sufficit ad vindicias habendas Beneficiis, seu, ut loquuntur, Revedematis, tamen sufficit pro faciendi tituli sequestratione. Pap. d. lib. 8. tit. arrip. 2. Petr. Gregor. d. loco, num. 20.

8 Bullæ & Rescripta ad Beneficia, ne gratia iis contenta credantur surreptitia, continere debent omnia, quæ Papam à concessione eorum commovere, vel ad concedendum difficilem reddere potuissent: c. postulasti. de rescriptis.

9 Non nocet tamen eorum reticentia impetranti eorum ignorantia nocet gnaro. c. gratia. 7. eod. in 6.

10 Quæ in Rescriptis ad beneficia sunt exprimenda, sunt curia; vel enim versantur circa beneficium, de cujus impetratione agitur, vel circa beneficium jam obtentum.

11 Illa sunt; 1. Beneficii qualitas; Nemp: Quod sit Curatum, c. cum in illis. de præbend. in 6. requirat residentiam: c. fin. de Cleric. non resid. sit Sæculare, aut Regulare. 2. Beneficii valor: s. fin. de mandatis Apostol. in Concordat. & Reg. Cancell. de valore beneficii. in impetrat. prim. ubi vide Gomez. 3. Si ad præsentationem Laici pertinet, quod sit Patronatum: c. 5. de præbend. in 6. 4. Si litigiosum; quod tale est.

CORVINU  
De Person  
et Benef. Eccel

G IV

32

si ii. *Ut lice pend. nihil. innov.* Non necesse, ut patrimonii fiat mentio. *fac. c. postulasti. de rescript. & ibi Panormit.* est numeri, si quis, ultra statutum Canonico- rum numerum ut recipiatur, impetraverit. *c. constitutus. eod.*

*Hæc;* 1. Ipsi- us beneficii, quod impetrans obtinet, licet sit modi- 12 cum, *Dist. Gloss. in c. non teneamur. de præbend. sed male.* facienda mentio; *c. ad aures. c. cum adeo. c. si proponente. de rescript. c. non potest. de præbend. in 6.* quoniam unum habens beneficium ad secundum non intelligitur idoneus. *c. 11. cui. eod.* 2. Item facienda mentio beneficii, quo spoliatus. 3. Aut beneficii impetrati, ante collati, nondum tamen per impetrantem acceptati. *d. c. gratia. eod. in 6. ubi Gloss. in verb. ignorant.* 4. Item memoranda beneficii qualitas: *d. c. ad aures. c. 1. de præbend. Clem. 1. eod. c. ult. de offic. Ordin. & ibi Joan. Andreas.*

Plures si sint qualitates beneficii tam obtinendi quam obtenti, ex- 13 primi debent omnes: veluti; si sit Dignitas curam animarum annexam habens: Nec enim hic quadrat illud vulgare *c. ex parte. 17. de decim. Concesso majori intelligi concessum illud quod est minus.* Sunt enim hæc provisiones à jure communi alienæ, propterea- que restringenda. *c. quamvis. 38. de præbend. in 6.*

Dicta de Beneficiis & sunt extendenda ad Vicarias perpetuas, *d. 14 c. postulasti.* ad pensiones, possessiones triennales; imò & alterius. *Fel. in c. ex renore. de rescript. Davis tract. de benef. sect. 7. cap. 1.*

Non sufficit impetrantem proponere, se beneficio vel pensioni quam habet, renuntiare velle. In rescriptis enim, data tempus semper inspicitur. *c. eam te. 7. eod.*

In Rescriptis ad Beneficia, etiam plura exprimi necesse; sed ea ex Curia Romanæ stylo sunt haurienda.

Secundum quem nulla vel saltem exigua est differentia inter beneficiorum vacantium, de quibus agimus, impetrationes, & rescripta ad beneficia vacatura. *ut prob. ex tit. de forma mandati Apostolici. in Concordat. Gall. ubi Gloss. in verb. expressis.*

Solent istis, ne gratiæ fiant irritæ, certa adjici clausulæ. Quarum 15 prima est; *Qua impetrans excommunicatus à censuris Ecclesiasticis absolvitur:* Excommunicato enim conferri non potest beneficium, nec is illud impetrare. *c. postulasti. de Clerico excommun. c. 1. de rescript. in 6.*

Alte-

Altera est; *Qua Papa habet pro expressis beneficia Impetrantis cum  
rum estimatione vera.* Efficit ea, ut gratia non censeatur surreptitia, et  
impetrans beneficia, quæ habet, retinuerit, sed non efficit, ut ea retine-  
re possit; *c. non potest. de prebend. in 6.* nec etiam tollit personæ inhabili-  
tatem aut vitia: *Gloss. in Clem. si Romanus. 4. de prebend.* Tertia est  
Clauſula *Motus proprii*; Quæ, quamvis in omnibus interpretationibus  
accipiat plenissimam, *c. si pluribus. 24. eod. in 6.* proindeque tollat sub-  
reptionem ejusque suspensionem omnem, *d. Clem. si Romanus. 4. de  
prebend. in 6.* resque alios operetur effectus, *Rebuff. in Gloss. verb. motu proprio. in de  
forma mandati Apostolici in Concord. Gall.* nihil tamen operatur contra  
Jus Commune. *vid. c. si motu proprio. 23. c. non potest. 21. de prebend. in  
6.* Quarta Clauſula est; *Aut alias quorvis modo vacet*; Necessaria; Quia  
uno vacandi modo expresso, non venit propterea alius. *vid. Gloss. in  
verb. aliam. d. loco. Dartis d. loco.*

Præter dictas Clauſulas sunt & aliæ, de quibus in Titulo pro-  
mum sequente.

16 Enarrata Clauſula subreptionem, ejusque suspensionem omnem  
excludunt quidem, non tamen falsitatem ejusque suspensionem, necque  
præter surreptionem aduersus Rescripta proponi possunt.

17 Deprehenditur in Rescriptis seu Mandatis falsitas; tam in ipsa  
Bulla tenore, quam in filo, charta, & stylo: *c. licet. 5. c. quam gratia. de crimine falsi.* veluti; Si sit litura seu, ut loquuntur, rasura in loco re-  
specto, ut in Indictione: *c. inter dilectos. 6. de fide instrument. non solum  
narratione facti: c. ex literis. 3. eod.* Si scriptura intermedia & aliter;  
*c. cum venerabilis. 7. de relig. domib.* si data non apposita: *L. 4. de de-  
verſis rescript. ubi, Si qua beneficia personalia sine die & Consule fuerint de-  
prebensa, autoritate careant: Nisi relata sint in Corpus juris Consilij  
de novo Codice faciendo. §. 2.* Si scriptura dicatur imperfecta: Si in con-  
structione sit vitium manifestum: *c. ad audientiam. de rescript. & in  
Gloss. fac. c. ex parte. de fide instrum. l. qui habebat. 54. princ. ff. de manum-  
testam. Solæcismus appellatur. Quintiliano lib. 5. cap. 5. Suidas vocat  
Barbarismus.*

18 Bullis seu Mandatis Apostolicis de vacantium Beneficiorum pro-  
visionibus, obijci solent maximè duæ Regulæ Cancellariæ; 1. De  
reſcriptis

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G. IV  
32

ris simili notitia obitus. 2. De Jure quesito non tollendo. De quibus vid. Gomef. ad d. regulas. & Rebuff. in 1. parte prax. Benefic.

TITULUS III.

De Papæ Præventione.

SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Præventionem & qualem habeat Pontifex.                                     | Legatus à Latere eodem tempore contulerint duobus.                                     |
| 2. Legatus à Latere.  |  |
| 3. An ei juri derogatum.  | 12. Quid, si uni Papa, alteri Ordinarius.  |
| 4. Jus præventionis à Jure pralationis distinguendum.                         | 13. Quid, si proviso à Papa obset Regula de verisimili notitia.                        |
| 5. Ordinarius quando censetur prævenisse.                                     | 14. Dicta regula in qua vacatione habeat locum.  |
| 6. Quando Patronus.   | 15. Quid, si ante Episcopi institutionem, & post patroni præsentationem conferat Papa. |
| 7. Qualis debeat esse Collatio, ut præventioni sit locus.                     | 16. In Beneficiis Electivis præventioni non est locus.                                 |
| 8. Si idem Beneficium uni conferatur à Sede Apostolica & ab Ordinario alteri. | 17. Nec ad præsentationem Patroni Laici spectantibus.                                  |
| 9. Quid, si uterq; possideat.   | 18. An in reservatis Papa.   |
| 10. Quid, si neuter.  |  |
| 11. Quid, si Papa & Ejus  |  |

[Oo] 19. Nov



19. *Non si violarentur per eum privilegia à Sede Apostolica concessa.* 20. *Vel qua conferuntur jure Regalia.*

**H**abet & Summus Pontifex jus conferendi omnia Ordinatio-  
 neficia per *concursum*: seu *Præventionem*; id est, si vacante beneficio, prius quis à Summo Pontifice, alius potius petrauerit ab Ordinario; præferatur provius à Summo Pontifice; ut contra: Si quis impetrauerit prius ab Ordinario, præferatur impetranti posterius à Sede Apostolica. *cap. si à Sede. 31. in præbend. in 6. Clem. 1. Ut lite pend. nihil innov.*

2 Legati à Latere, qui Summi Pontificis honoris prærogativa legantur, gaudent eodem jure in provincia, in qua funguntur legatione. Non Legati Nati vel Missi absque mandato & potestate speciali. *c. 1. de Legati in 6. ubi vid. Gloss. ad verb. ampliori. Vid. & Sebastiani tract. beneficior. part. 2. quest. 3.*

3 Cui juri per Concilium Basileense non fuit derogatum, ut apparet ex *g. neg. etiam. de Collation. in Pragmat. Sanct.* Imo Jure Conciliorum Galliarum confirmatum. *g. declarantes. de mandat. Arduus. Dec. Gregor. Inst. Rei Benefic. novis. cap. 38. num. 7. Daviti tract. de Benefic. sect. 7. cap. 1. vers. sed videndum.* Quo constitutum, ut Jure Præventionis Papa liberè conferat beneficia, tam secularia, quam regularia. Ergo & ea quæ vacant in mensibus, graduatis simplicibus aut nominatis, attribuitis.

Si tamen per graduatum simplicem aut nominatum, beneficium ante præventionem Apostolicam fuerit acceptatum, isque habeat collationem, & nactus fuerit possessionem, Papæ manus erunt ligatae, & præferetur mandatario. *Ordinat. Ludovici 12. art. 13. Petr. Gregor. ad loco.*

Imò & secundum Rebuffum *ad d. s. declarantes. ad verb. præventionem. ex ordinat. Regia. Rubr. des preventions Apostoliques.* Sola graduati vel nominati requisitio afficit beneficium, & prævenit Pontificem Summum.

CORVINUS  
 DE PERSONA  
 ET BENEFICII ECCLESIASTICI

G IV  
 32

Est etiam hoc jus præventionis à jure prælationis distinguendum 4  
 diligenter: Quippe is, cui Summus Pontifex contulit beneficium va-  
 cans, non præfertur ei, cui collatum fuit ab Ordinario, nisi prævenit  
 Pontifex, id est, nisi contulerit prius: proptereaque ejus præventio non  
 præjudicabit qualificatis, id est, graduatis; & si Ordinarius prævenit,  
 ejus Collatio erit potior: Ratio *sec. Gloss. in d. §. neq. in verb. præventi-*  
*onem.* Quia cum Ordinarii accumulatus jus collationis cum Papæ  
 habeant, ex quo unus prævenit, alius se intromittere non poterit.  
 Nec enim amplius dicitur vacare beneficium. Quandoquidem in  
 pluribus jurisdictionem habentibus in solidum; dicimus præventioni  
 esse locum, ut is qui prævenit de causa cognoscat solus. *c. cum plu-*  
*res. 8. de offic. jud. deleg. in 6. c. pen. Et ibi Socin. de foro compet. l. si quis*  
*posteaquam. 7. ff. de judic. c. si duo. de procurat. in 6. c. pen. de elect. in 6.*  
*Dart. d. loco, vers. hoc autem. Henrich Bobic. ad c. auditis. de elect. citat. c.*  
*1. §. subjunctum etiam extitit. de concess. præbend. in 6. Petr. Gregor. d. lo-*  
*co, num. 7.*

Prævenisse intelligitur Ordinarius, cum contulit, non cum diem 5  
 ad conferendum præfixit: Quia ante collationem res habetur integra.  
*c. presenti. de offic. Legati in 6. Gloss. in §. item circa. in verb. non valeant.*  
*de Collation. in Pragm. Sanct.*

Per præsentationem tamen Patroni dicit dicta Glossa præventum 6  
 censeri Romanum Pontificem; quoniam ea quandam electionis vim  
 habet. *c. cum autem. de jure patronat.*

Sed ita demum præventioni locus est, si utraque collatio facta fu- 7  
 erit legitime; Nam quæ nulla est, non prævenit alteram. Sicut Cita-  
 tio quæ est nulla, non inducit jurisdictionis præventionem. *Gloss. in d.*  
*c. cum plures. verb. quo potes.* Quemadmodum nec per captionem ille-  
 gitimam seu personæ prehensionem prævenitur jurisdicatio. *Angel. ad l.*  
*si quis posteaquam. 7. ff. de judic. nec contestatio non jure facta jus dat,*  
*sed pro non facta habetur. Res enim est intelligenda cum effectu. c.*  
*relatum. de Cleric. non resid. l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. Paria enim*  
*sunt non esse, & esse inutiliter. l. quoties. ff. qui satisd. cog.*

Præventio verò est & ratione temporis; & ratione dignitatis 8  
 conferentium.

[Oo] 2

Unde

Unde Si idem beneficium conferatur à Sede Apostolica, vel egi Legato uni, ab Ordinario alteri, eodem die; nec appareat quæ collatio fuerit facta primo, possidentis conditio erit potior. *c. si à Sede. de prebend. in 6.*

9 Quod si uterque possideat, potior erit ille, qui nactus fuit possessionem primò. Ratio: Quia qui loco secundo fuit possessionem adeptus, alio jam possidente videtur possessior violentus & intrusus: *c. qui. de prebend. in 6. l. extat. 13. ff. quod metus causa cum siml. & p. possidente iudicatur in dubiis. §. retinend. s. 4. vers. commodum. l. si de Interdict. l. fin. eod. de rei vindic.*

Ita quamdiu quis prior provifus sit, dubitatur, prævenisse videtur is, qui possessionem adeptus est prior.

10 Si verò possideat neuter, sed tertius, & dubium, quis prior aut Summo Pontifice, aut ab Ordinario impetraverit; præferetur is cuius des Apostolica ejusve Legatus contulit, idque propter Conferentiam majorem prærogativam. *d. c. si à Sede. & c. pen. vers. quod si forsan. de script. in 6.*

11 Quod si Summus Pontifex, & ejus Legatus, idem beneficium, eodem tempore, de cujus prioritate non constat, contulerint duobus possidens prius præferetur: si possideat neuter; provifus à Summo Pontifice.

12 Si verò uterque eodem tempore ab eo provifus, aliusque provifus ab Ordinario; provifus concursu se impediunt. *fac. l. duo sunt. ff. de testam. tit. l. si ita fuerit. ff. de reb. dub. proindeque conferatur beneficium adhuc vacare; provifusque ab Ordinario præferetur, etiam si ejus Collatio posterior. Petr. Gregor. d. loc. num. 8.*

Papâ conferente, ex causa resignationis in manibus ejus factæ, Resignatario cum Clausula, vel aliis quovis modo vicer, etiam si per obitum; & cum regulæ de viginti diebus derogatione; si die eodem contulerit Ordinarius beneficium vacans per obitum; præferatur huic, etiam si possessionem adeptus fuerit prior, provifus à Papâ propter Resignationis favorem. *ut iudic. dicit Papon. 3. tom. Notar. lib. 2. c. 10. de concurrence. & lib. 2. Arrest. tit. 9. arrest. 11. Petr. Gregor. d. loco & num. circa finem.*

Corvinu  
De Person  
et Benef. Eccle

G IV

32

Valebit etiam præventio Papæ, nisi proviso ab Eo obftet Regular 3  
 28. *De verisimili notitia*; Tunc enim anterior Papæ proviso nullius est  
 roboris vel momenti *ex d. reg.* & consequenter non obest provisionis  
 Ordinarii posteriori, nec potest dici Papam prævenisse. *Corras. de benefic.*  
 2. part. cap. 1. num. 7. & cap. 3. num. 8. *Garcias tract. de benefic. part. 5.*  
 cap. 1. num. 43.

Habet dicta regula solum locum in vacatione per obitum. *Man. 14*  
*dos. ad d. reg. quæst. 7. Garc. d. loco, num. 44. Rebuff. ad d. §. declarantes.*  
*de Mandat. Apostol. ad verba jure præventionis. in Concordat.*

Sic si ante institutionem Episcopi, post præsentationem à Patrono 15  
 factam, Papa conferat alteri, hic non erit præferendus, si præsentationis  
 nulla facta mentio; erit, si facta. *Rebuff. d. loco. vid. Gloss. ad §. visum. ad*  
*verba non valeant. de Collation. in Pragm. Sanct. Petr. Gregor. d. loco, n. 13.*

Nec erit præventioni locus in beneficiis electivis: *c. cum in illis. §. 16*  
*1. de præbend. in 6. not. Gloss. antiqua in d. §. neg. etiam. ad verb. aliis. de*  
*Collat. in pragm. Sanct. in quibus servanda est forma c. quia propter. de*  
*elect. facit cap. licet. §. 1. statuit. de elect. in Pragm. Sanct.*

Quâ ratione, præsentatione factâ à Clerico Patrono, Episcopo,  
 collatio præveniens in effectu præventionem non habet: Habet enim  
 illa præsentatio electionis vim, *ut dictum per c. cum autem. de Jure patro-*  
*nat.* Nisi forte ea facta fuisset à Patrono excommunicato: Quo casu,  
 & ea & eam secuta institutio, haberetur pro nullis, nec ex eo capite Sum-  
 mi Pontificis impedirent collationem seu provisionem. *Rota decis. 526.*  
*incip. nota quod Patronus excommunicatus in antiq. & decis. 161. incip.*  
*nota quod patronus. de jure patronat. in antiq. Petr. Gregor. d. loco, num. 13.*

Nec est præventioni locus Legato à Latere in beneficiis ad præsen- 17  
 tationem Patroni Laici spectantibus. *c. cum dilectus. de jure. patron.*

Nec potest Ordinarius prævenire in beneficiis reservatis, quorum 18  
 proviso spectat ad Papam privativè. Nam, quamvis reservatione ces-  
 sante omnium beneficiorum in diocesi existentium, in quolibet mensè  
 vacantium, collatio pertineat de Jure Communi ad Episcopos loci Or-  
 dinarios, in ea intentionem fundatam habentes: *can. omnes basilica. can.*  
*nullus. 16. qu. 7. c. ex injuncto. in fin. de hæretic. Felin. in c. cum venerabi-*  
*lis. num. 31. de except. Gomez. ad reg. Cancell. de expectativis. num. 13. &*

18. Petr. Gregor. d. loc. num. 2. Gonzal. ad Reg. Cancell. de mensuris. §. 3. proem. num. 21. & 22. & Gloss. 11. num. 38. & 39. tamen ordinatariorum conferendi potestas est coarctata per reservationes. De quibus titulo proximum sequente.

19. Item non habet locum Papæ præventio, quando in ea violantur privilegia ab Apostolica Sede concessa; veluti, Si vellet Papa præventive Galliarum Regem in Nominatione ad Prælaturas, contra tit. de Regia ad Prælaturas nominatione facienda. in Concordat. aut conferre vim reservationum, in Galliis prohibitarum. d. §. declarantes. in d. mandat. Apostol. in Concordat. Rebuff. ad Rubr. de reservat. sublat. in Concordat. Dart. d. loco, vers. non est quoq. Petr. Gregor. d. loco, num. 13.

20. Sunt etiam quædam beneficia, quæ Rex Galliarum alique Principes, conferunt jure Regaliæ, quorum collationes à præventione Summi Pontificis anteverti non possunt. Vult enim Is reservari regalia quæ competunt cuiquam, vel ex fundatione, vel ex consuetudine antiqua in c. generali constitutione. 13. de elect. in 6. vel ex privilegio. De quibus diximus supra.

## TITULUS IV.

## De Mandatis de providendo.

## SUMMARIÆ.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Continuatio.                               | runtur dua.   |
| 2. Mandata de providendo qua.                 | 7. Utraq. admittitur.                               |
| 3. Unde profluunt.                            | 8. Ordo eorum quomodo processit.                    |
| 4. Eorum origo recens.                        | 9. Executorum ad providendum qua auctoritas.        |
| 5. Quando incepit.                            | 10. Ex dicto Ordine processerunt Literæ Apostolicæ. |
| 6. Eorum usus cur introductus, rationes adse- |   |

Corvinu  
De Person  
et Benef. Eccle

G IV

32

- lica, Monitoria, Præceptoria, Executoria. 25. *Quæ sint.*
11. *Quæ fuerunt Monitoria.* 26. *Dictis Mandatis solent præter dictas clausulas adjici alia.*
12. *Quæ Præceptoria.* 27. *Si pro alio conscripsimus.*
13. *Quæ Executoria.* 28. *Non obstante statuto.*
14. *Fuerunt omnes Mandatorum Apostolicorum præludia.* 29. *Quod post mortem vocaverit.*
15. *Docetur.* 30. *Conferas Beneficium Titio, quod duxerit acceptandum.*
16. *Succefferunt Mandata Apostolica.* 31. *Improbatur in Francia.*
17. *Appellantur Literæ gratiæ, & cur.* 32. *Ut & Clausula Anteferri.*
18. *An omnes?* 33. *Quid, si in Mandato concurrentis habeant eandem Clausulam Anteferri.*
19. *Appellantur & Literæ Justitiæ. Et* 34. *Clausula Gratificationis quæ Utilitas.*
20. *In forma communi.* 35. *Clausula Decreti irritantis quævis.*
21. *In forma pauperum.*
22. *In forma cum secundum Apostolum.*
23. *Præter dictas Literas Gratia an sint alia: &*
24. *Sub Mandato, de providendo continentur*

Corvinu  
De Person  
er Benef. Eccel  
G IV  
32

- 36. Derogatoriam cur ad- 47. Quid, si non appareat, quis impetraverit pri-  
jiciat Papa. mus.
- 37. Quomodo hac in Bullis 48. In gratificando que-  
soleat exprimi. modo procedat Ordine-  
rius.
- 38. Mandatorum de pro- 49. Quibus casibus preste-  
videndo qua vis in Gal- tur posterior impetratio  
liis. priori.
- 39. Manare possunt à solo 50. Extinguitur Mandat-  
Pontifice. tum per Revocationem
- 40. Quia odiosa. 51. Mandantis mortem.
- 41. Mandatorum potestas 52. Non in Gallia.
- quanta. 53. Nec alibi si res non sit  
42. Exhibenda ut afficia- integra.  
tur Beneficium. 54. Per Mandatarum re-  
nuntiationem tacitam  
43. Intra quod tempus. & expressam.
- 44. An hoc sufficit. 55. Lapsum temporis Et  
45. Presentatione facta appositum.
- quid faciendum porro. 46. Quid, si diversa fue-  
rint Mandata impetra-  
ta.

**I**nter modos acquirendi beneficia Jure Extraordinario habetur  
que maxime usitatos, longe celeberrimus est, que fit  
per Diplomata Pontificia, que appellantur vulgo. Mandata  
de providendo & Gratia expectativa.

**2** Sunt ea hinc rescripta, per que Pontifex Summus mandata de-  
bet alicui de beneficio vacaturo provideri. c. mandatum cum 2. supra  
rescript. c. si ea. de concess. prebend. in 6.

Profluunt ex potestate quam sibi soli arrogat Pontifex in benefici- 3  
is vacaturis, exclusa Ordinariorum potestate. *Vid. c. dilectus filius. ill. 2.*  
*c. dilectus. de prabend. Abbas in c. olim. de verb. signif.*

Origo eorum satis recens, ceteri enim nonnulli Canonistæ, Curia 4  
Romana Mancipia jurata, dicant, sed falso, (ut & diximus supra lib. 2.  
tit. 1.) potestatem conferendi Episcopatus ad Pontificem pertinuisse;  
non tamen pertinuit, fatentibus ipsis, conferendi Ecclesias inferiores  
potestas; *Gloss. in c. quanquam. de elect. in 6.*

Non mirum ergo Mandatorum horum usum non fuisse vetu- 5  
stum. Incepit is, ut ostendit Corrafius *cap. 5. part. 4. tractat. de Sacer-*  
*dot. circa annum Domini M. C. L.* Eorum Authorem fuisse putat Re-  
buffus, *supra Rubr. de Mandat. Apostol. in Concordatis.* Papam Alexan-  
dram III. qui Pontificatum adeptus circa annum M. C. LXIV.

Conjectura Corrafi, videtur Duareno, *tract. de Sacris Eccles.*  
*Minister. lib. 5. cap. 8. & Dartisio, tract. de benef. sect. 7. cap. 2. vers. 1.*  
& mihi, non absurda. Constat enim in Decreto Gratiani, compilato  
circa tempus anni M. C. L. talium Diplomatum nullum editum esse  
exemplum, nullamque fieri mentionem.

Cur autem eorum usus sit introductus incertum. Causam non- 6  
nulli ponunt in Aula Pontificia avaritia ad inveniendis novum hoc pe-  
cuniarum aucupium, quod nunquam veteribus venerat in mentem; ut ta-  
xatis literis & Sacerdotibus æstimatis locupletaret fiscum. Aliam eam &  
plausibilem petunt ex Episcoporum carnali erga consanguineos &  
affines suos affectu. *can. 13. pervenit. & ibi Gloss. caus. 1. qu. 3.*

Utamque admittimus. Posteriores tamen priorem judica- 7  
mus. Cum enim hisce Diplomatum Pontifices ad coercendos Epi-  
scopos, consanguineos aliosve indignos, idoneis præferentes, & ordi-  
nibus sacris à se adscriptos injuriosè repellentes; usi fuissent primum;  
*c. accepimus. de etate & qual. ordin.* Ipsi postea iis abuti cœperunt. Un-  
de mala & incommoda multa secuta in Ecclesia. Quorum aliqua enar-  
rat Duareno; *d. loco.* & fusius procerum Pragmat. Sanct. Prohibita  
propterea fuerunt hæc Mandata non solum Concilio Basileensi, sed &  
Tridentino *sess. 24. cap. 19. de reformat.* & sic, ô utinam omnis ex Ec-  
clesia sublata illa lues & pestis. *Vid. Duaren. d. lib. & cap.*

[Pp]

Diplo-



- 8 Diplomatum seu *Mandatorum* istorum *ordo* processit sic: Primus Pontifices Romani monebant Ordinarios, ut idoneos præficerent Ecclesiis, maximè eos quos ordinassent sine titulo: *cap. accepimus. 13. de atat. & qualit. ordin.* Deinde, si cunctarentur ad hæc monita, adficerent præcepta, Postmodum deputabant Executores; qui vel cogere conferre Ordinarios, (Unde Executores ad compellendum dicebantur) vel recusantibus Ordinariis Ipsi conferrent; Dicti propterea Executores ad providendum. *Dart. tract. de benef. sect. 7. cap. 2. vers. ordo.*
- 9 Erant hiis Executoribus majores, nec enim solum conferrebant *c. si capitulo. c. si soli. de concess. præbend. in 6.* sed & collationem Ordinario interdiebant; beneficiaque reservabant collationi suæ: sed non generali: *d. c. si capitulo. c. executor. eod.* Et poterant quandoque conferre, etiam post menses sex; fungebantur enim vice Papæ. *cap. de offic. & potest. Jud. deleg.*
- 10 Ex dicto autem Diplomatum seu Mandatorum Pontificiorum ordine profluxit ille mos antiquus, ut ejusmodi beneficii nomine Papæ Ordinarios mitteret literas trinas; quarum prima continebant monitionem, secundæ præcepta, tertiæ executionem: Unde & appellare *Monitoria, Præceptorie, Executorie.*
- 11 Erant enim *Monitoria* quibus Pontifex Summus monebat Ordinarios Collatores, ad quos scribebat; veluti, Episcopos, Archiepiscopos, & similes, utiis, pro quibus scribebat, conferrent beneficia, ad illorum collationem pertinentia, si quæ tunc vacarent, vel postea vacante contingeret.
- 12 *Præceptorie* erant, quibus præcipiebat Summus Pontifex Ordinariis, ad quos antea direxerat Monitorias, vel aliis, ut conferrent impetranti beneficium vacans vel, si tunc vacaret nullum, primo vacaturum.
- 13 *Executorie* erant, quibus mandabat Papa per literas seu rescripta, Executoribus, ut Ordinarios collatores cogere ad conferendum Es qui talem impetraverat gratiam expectativam, beneficium quod tunc vacabat in aliqua Ecclesia vel Capitulo: vel si tunc vacaret nullum, proximo vacaturum.

De tribus his literarum & Rescriptorum speciebus tractant *c. cum*

Corvinu  
De Person  
er Benef. Eccel

G IV  
32

*te. c. constitutus. 19. c. literis. 39. c. ex insinuatione. 37. c. Capitulum Sancte Crucis. 30. de rescript. De effectu earum Papa Bonifacius IIX. in c. si soli. 6. de concess. preb. in 6.*

Fuere dictæ Literæ veluti præludia & incunabula Mandatorum 14 Apostolicorum, quibus hodiè utimur, omiſſis vel antiquatis prædictis literis, veluti minus efficacibus. *Petr. Gregor. in enarrat. ad tit. de rescript. lib. 1. cap. 4. num. 1.*

Nam olim, non obstantibus prædictis literis, Ordinarii quibus scriptum erat, conferebant beneficia aliis quam expectantibus pro quibus erat scriptum: Neque illarum præsentatio ita ligabat Ordinarios manus, ut collatio in contrarium facta esset ideo irrita vel nulla, etsi punirentur Ordinarii contumaces: *c. si soli. 6. de concess. prebend. in 6. c. dilectus. 2. de prebend. Nisi Literæ haberent clausulam seu decretum irritans collationes contrarios: Tum enim Eæ, seu Mandatum, Ordinarii ligabat manus sine insinuatione seu præsentatione alia ei facienda: c. tibi qui. de rescript. in 6. notat. in d. c. si soli. Gloss. in §. statuit autem. in verb. confatur. de collat. in Pragmat. Sanct. vel nisi Mandatarius fuisset creatus Canonicus: c. si postquam. 13. de prebend. in 6. c. duobus. de rescript. in 6. Felin. ad c. ad audientiam. col. 8. vers. literæ non dantur. eod. Gloss. in §. item voluit. verb. dirigendum. d. tit. de collat. in Pragm. Sanct. vel nisi Executor inhibuisset Ordinario vel Collatori alii collationem, & reservasset collationi suæ. d. c. tibi qui. & d. c. si soli. 6.*

Postea in locum dictarum Literarum successit Mandatorum usus: 16 Quibus Pontifices, non servato literarum monitoriarum, præceptoriarum, aut executoriarum ordine, jure proprio & speciali, mandant Ordinariis Collatoribus, ut conferant beneficium Mandatario Impetranti primo vacaturum, atque tribuunt Executoribus datis in mandato, conferendi potestatem, si Ordinarii recusent vel negligant post præsentationem mandati legitime & suo tempore factam. *c. si Apostolica Sedis. 22. de prebend. in 6. c. si Capitulo. 5. de concess. prebend. in 6. Petr. Gregor. de rescript. lib. 1. cap. 4. num. 3.*

Quæ Mandata & appellantur *Literæ Gratiæ*; Quia ex mera Ro-17 mani Pontificis gratia & liberalitate procedunt.

Sed non omnia Mandata de providendo, *Literæ sunt gratiæ*: 18 Sunt

[Pp] 2

Sunt

Sunt enim quæ appellantur *Literæ Justitiæ*; quæ & dicuntur *Literæ in forma communi*; *in forma pauperum*; *in forma, cum secundum Apostolum*. Sunt quando Papa rescribit pro Clericis pauperibus ab Episcopo sine titulo ordinatis.

19 Dicuntur *Literæ Justitiæ*; Quia nihil est justius quam initiatum facris & sine titulo ordinatum conicqui ab Episcopo suo beneficium: c. 2. & 4. de prebend.

20 Dicuntur *Literæ in forma communi*; Quia ut dictum, Mandatorum de providendo origo processit ab hac causa, quod Ordinatio conferretur beneficiis his quos ordinasset; & propterea ab antiquo solebant Papæ Romani monere Eos, & præcipere Eis ut conferrentur quorum iudicio Mandatorum forma facta est communis. c. acceptum de atat. & qual. c. postulasti. de rescript.

21 Dicuntur *in forma pauperum*; Quia scribuntur Clericis pauperibus; non pro sufficiens patrimonium habentibus. Rebuff. in 1. part. Praxis Benefic. tit. de rescript. in forma communi.

22 Dicuntur *in forma, cum secundum Apostolum*; Quia earum fundamentum est sententia vulgaris D. Apostoli Pauli; *Qui altario servit, vere debet de altari*. quæ posita in c. cum secundum. 16. de prebend.

Dici possunt etiam *Literæ gratiæ*; respectu eo, quod Papa nunquam potest potius concedere, quam illi. Gloss. in c. Sedes Apostolica. de consue. prebend. Extrav. Johan. 22.

23 Præter dictas *Literas gratiæ* adhuc sunt aliæ, sed constituentes speciem propriam & ab aliis distinctam: Appellantur vulgo *Literæ in forma condignum*. Frequentes in Gallis: Rebuff. in verbo gratiam. tit. de forma Mandati Apostolici. in Concordat. Habent conditionem annexam *Si impetrans repertus sit idoneus*. Clem. un. de offic. & potest. judic. Deleg. ubi Gloss. Unde, contra quam in *Literis Justitiæ*, Ratio in d. c. acceptum. 13. Episcopus ad quem hæc diriguntur *Literæ* examinare debet Clericum, & in ejus vitam & mores inquirere; antequam ei provideat. c. 1. d. c. accepimus. 13.

Sunt quoque aliæ quæ *Literæ facultatis* appellantur. His Papa mandat Ordinarius, ut Beneficia reservata, aut aliâ ratione ad Curiam Romæ

Corvinu  
De Person  
et Benef. Eccle

G IV

32

Romanam devoluta conferant personis idoneis. *c. dudum. c. quamvis. de prabend. in 6.*

Non sunt odiosæ; Quia Episcopis jus suum restitunt. Virtute ergo earum recepti, recepti non intelliguntur autoritate Apostolica, sed Ordinarii. *c. cum aliquibus. de rescript. in 6.* Contra in receptis vi literarum gratia. *c. hi qui. de prabend. in 6.*

Denique sunt & alia Literæ quæ vocantur, *Sineutri, Si alteri, Si nulli*; impetrari solitæ pugnantis de beneficio duobus, vel tribus, vel pluribus; ita ut eorum nullus dicatur causam habere bonam. Largitur eas Papa sub forma; *Sineutri*; litigantibus duobus; Sub forma, *Sinulli*; litigantibus pluribus: Sub forma; *Si alteri*, à Colligantibus. *vid. Rebuff. in d. c. part. Prax. Benefic. tit. de rescript. Sineutri, Si alteri. & Sinulli.*

Quæ Literæ sunt Spectativæ; Spectatur enim litis eventus. Suntque non de beneficiis vacaturis, sed jam de facto vacantibus. *Dart. d. loco.*

Sub Mandato de providendo, seu gratia expectativa, continentur 24 Beneficia vacatura cujuscunque generis sint, etiam Dignitates, Canonici; *c. executor. c. si soli. de concess. prabend. in 6.* pertinentia ad collationem Ordinarii, cui mandatum dirigitur; nisi sint certo aliquo modo excepta. *c. mandatum. 38. de rescript. Canonista ad c. dilectus. 27. de prabend. Petr. Gregor. d. loco, num. 4.*

Qualia sunt. 1. Beneficia secularia, si in mandatis ad beneficia regularia obtinendis data; & e converso; *c. cum de beneficio. de prabend. in 6. Panorm. ad c. si postquam. eod.* 2. Beneficia Pontifici sive generaliter, *c. 2. de concess. prab. in 6.* sive specialiter reservata; *Aufrev. decis. Theos. 434. De quib. in seq. tit.* 3. Beneficia Electiva ut in *Clem. 1. de prabend. c. in illis. §. illis. eod. in 6.* sed in quibus confirmatione est opus: *Petr. Gregor. d. loco, num. 24. Et in syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 11. num. 9. Rebuff. in tract. Nominat. quest. 15. num. 25.* 4. Quæ diversi Ordinis quam est Impetrans: *Gloss. in §. declarantes. in verb. comprehensa. tit. de Mandat. Apostol. in Concord. vid. Notat. in cap. Deus qui Ecclesi. num. 11. de vita & honest. Clericor. Clem. 1. de elect. can. 4. quod Deo. 33. qu. 5. Petr. Gregor. d. tract. de rescript. d. cap. num. 7.* 5. Quæ post literarum

rum datam creata: *Clem. fin. ubi Gloss. de rescript. 6.* Quæ alio modo quam per obitum vacant; ut ex causa permutationis; *c. un. de rer. permut. c. 2. eod. in 6. Gloss. pen. ad c. 2. de præbend. in 6. Petr. Gregor. d. loco, num. 13.* vel renuntiationis: Scilicet vi pragmatice Sanctionis in Galliis; *§. item quod omnia. de collatione. in Pragm. Sancti. §. volumus. collat. in Concord. Gallic.* alias secus. *c. si te. de renunt. in 6. c. dudum. 14. de præbend. in 6. c. receptum. de rescript. in 6. c. un. de rer. perm. in 6.* 7. Et quorum collatio ex negligentia Episcopi ad Capitulum est devoluta: *Clem. si de beneficio. de præbend. & Dignit. 8.* Quæ suppressa & tunc *c. cum accessissent. 8. de constitut. Gloss. fin. in Clem. fin. de rescript. 9.* Quæ per decessum possessorum supprimenda: quia esse desinunt; & quod non est, non debetur, nec habet qualitates: *c. dilecto. de præbend. ad dissolvendum. de despons. impub. Petr. Gregor. d. loco, num. 9. & 10. 10.* Quæ litigiosa: *Clem. 1. ut lite pend. nihil innov. & c. 1. & 2. ad 6. §. 1. de Mandat. Apostol. in Concord. Petr. Gregor. d. loco, num. 8.* 11. Quæ sunt de mensa Prælati: *Clem. un. de Excessib. Prælat. 12.* Quæ habet Episcopus tanquam Canonicus, si per mortem Ejus vacaverit: *c. cum in Ecclesia. de præbend. in 6. Darris d. loco, vers. non comprehenduntur. 13.* Quæ ex consuetudine Ecclesiæ optioni subjecta: *c. ad consuet. in 6. Petr. Gregor. d. loco, num. 21.* 14. Quæ paterna; necessitudo fit in beneficiis: *c. ad presentiam. c. ex transmissa. de filiis Prælati. 15.* Quæ conferenda jure Regaliorum; *Gloss. in d. §. declarantes. in verb. comprehensa. Petr. Gregor. d. loco, num. 16. Darris d. loco. 16.* Quæ Patronata: *c. cum dilectus. de jure patron. Gloss. & Doct. in c. 3. de præbend. Panorm. in c. quanto. de judic. Petr. Gregor. in d. syntagm. per un. d. lib. & cap. num. 10.* 17. Ea ad quæ Impetrans tempore Mandati dati, quo exigitur capacitas. *c. si eo tempore. c. super eo. de rescript. in c. si pro Clericis. de præbend. in 6.* erat inhabilis: *Petr. Gregor. d. loco, num. 9. Idem d. tract. de rescript. d. lib. & cap. num. 12. vid. Rot. 3. in no. vis. & 466. in antiqu.* 18. Quæ in Civitatibus aut Oppidis muro circumstita. *Darris d. loco.* si non sint qualitates requisitæ: *Petr. Gregor. in d. syntagm. d. loco, num. 10. post Rebuff. in d. §. declarantes. verb. comprehensa. in Concord. per c. quia sope. de præbend. in 6. Diss. Bær. de off. 2. 2. 19.* Unicum beneficium quod habet Collator. *Gloss. in Clem. 1. de præbend.*

Corvinu  
De Person  
et Benef. Eccle

G IV

32

*prebend. verb. incerta. Rota decis. 261. in antiq. Petr. Gregor. d. tract. de rescriptis. d. lib. 6. cap. num. 29. Dart. d. loco, vers. Deinde.*

Mandatis de providendo, præter Clausulas supra relatas, quan-26  
doqueiis adjici solitas, & solent adjici alia: Veluti: 1. *Si pro alio non scripserimus*: 2. *Non obstante statuto*. 3. *Quod post mensem vacaverit*. 4. *Quod duxerit acceptandum*. 5. *Anteferri*. 6. *Gratificamus*. 7. *Irritans*. 8. *Derogatoria*. 9. *Exprimens valorem*.

Prima Clausula; *Si pro alio non scripserimus*; declarat Pontificis 27  
Summi intentionem esse, se nolle pluribus Mandatis onerare Ecclesiam:  
*c. mandatum. c. literis. c. Abbatem. de rescriptis.* non adjecta, subintelligitur:  
*c. Capitulum. 30. eod.* Si pro alio scriptum sit, posterius mandatum vires habet nullas; nisi prius sit revocatum: *c. quamvis. eod.* vel primus Impetrans gratia fuerit ipso jure exclusus; *Clem. Gratia. eod.* vel suis literis renuntiaverit; *ut in c. ad audientiam. eod.*

Idem erit, si Clausula hæc per numerum pluralem fuerit concepta; *Si pro aliis non scripserimus*: *arg. l. non est sine liberis. 148. ff. de verb. signif. Dartis d. loco, vers. His mandatis.*

Clausula *Non obstante statuto*; utitur Pontifex cum in Cathedra-28  
libus, Metropolitans, & Collegiatis Ecclesiis, in quibus statuto cautum est, ut nullus Dignitatem, Personatum, Administrationem, obtinere possit, nisi actu sit Canonicus, & intra numerum vulg create Canonicos ad effectum obtinendi Dignitatem, Personatum, vel administrationem. *§. in Cathedralibus. de reservat. in Concordat. Gall. ibid. in forma Mandati Apostolici. vid. Dart. d. loco, vers. Alia est. vid. Duaven. de Minister. Eccles. lib. 5. cap. 8. vers. quinta clausula.*

Clausula; *Quod post mensem vacaverit*; postquam scilicet Man-29  
datum fuerit oblatum: habet utilitatem duplicem. Prima est; Evitatio voti captandæ mortis alienæ. Nam si post præsentationem beneficium deberetur statim, posset Impetrans alterius procurare mortem & statim ostendere suum Mandatum: *vid. c. 2. de concess. prebend. in 6.* Altera est evitatio dilationis præsentandi Mandatum, donec eveniret mors imminens alicujus, pingue beneficium habentis. Quia cum mensem protolari necesse est, à die præsentationis literarum computandum,

dum, poterit Ordinarius liberè ante finem mensis alteri conferre beneficium vacans.

Quin etiam putat Dartis *d. loco.* non posse Beneficium quod vacaverit ante mensem, si post mensē sit vacans adhuc, conferri ex hoc mandati vi: Quia provisio non est eo de beneficio, sed de eo quod vacaverit post mensē: Est enim forma mandati diligenter spectanda. *diligenter. §. in princ. ff. mand. Diff. Gloss. in Clem. un. verb. nullus de concess. prebend.*

30 Clausula; *Conferas beneficium Titio quod duxerit acceptandum* operabatur duo; Et ut ex pluribus beneficiis simul vacantibus eligeretur pinguius; *c. si pluribus. de prebend. in 6.* Et ut qui aliàs primum beneficium vacans, quantumvis exiguum acceptare tenebatur, *c. si Titius. eod. in 6.* possit primo omisso, acceptare secundum: Certum est tempus sit determinatum, veluti; *quod intra mensē duxerit acceptandum*, non poterit optare Titius beneficium, quod vacaverit adhuc post mensē. *d. Clem. un. Et ibi Gloss. in verb. infra mensē. de concess. prebend.*

31 Sed dictæ Clausulæ, *Quod duxerit acceptandum*; vel *Quod infra mensē duxerit acceptandum*: licet non improbentur jure, improbantur tamen in Francia. *Dartis d. loco, vers. Sed nec. Petr. Gregor. comment. de rescript. lib. 1. cap. 7. num. 7. & 8.*

32 Quemadmodum etiam improbatur Clausula *Anteferris*, per quam consequitur Impetrans prerogativam ante eos, qui priores fuerunt mandata; *c. pen. de prebend. in 6. c. autoritate. 7. de concess. prebend. quibus non adjectâ hac clausulâ propter temporis prioritatem præferuntur proculdubio. c. cum qui. eod. in 6. c. capitulum. de rescript.*

33 Quod si, qui concurrunt in mandato, similem habeant Clausulam *Anteferris*; tunc ad Juris Communis dispositionem recurrendum: Ut privilegiatus in privilegiatum non utatur jure suo; sed prior tempore sit potior jure. *c. si à Sede. 3 l. de prebend. in 6. sac. l. verum. §. si. in l. seq. ff. de minor. l. 2. Cod. de privil. fisci. Petr. Gregor. d. loc. num. 9.*

34 Non admodum dissimilis est Clausula *Gratificationis*; Quæ quoties de alio dubitatur impetrante, vel de alio cui conferatur beneficium eodem die, mandato inferi est utile: Quia siambo sint partes æquales, præferetur is, cujus rescripto est apposta; quasi habeat jus potius

Corvinu  
De Person  
er Benef; Eccle

G IV.

32

gnius. *Rebuff. in 1. part. Praxis beneficior. tit. de quinta parte signatura. Dartis. d. loco. vers. Non admodum.*

Denique sunt & alia Clausulae, quas copiose refert *Rebuff. d. part. tit. de Clausulis Mandator.* Praecipuae sunt *Decreti irritantis & Derogatoris.*

*Illam ligat Ordinarium, ut nihil valeat, quod contra factum fuerit. 35 c. dilecto. de prae-bend. c. 1. §. ex parte. c. si soli. de concess. praebend. in 6. si quidem Impetrans velit. Omni enim rescripto ad beneficia inest conditio haec. Gloss. in verb. irrita. tit. de collation. in Pragm. Sanct. Eius Clausulae nullus usus in Gallia. Dartis d. loco. vers. Denique.*

*Hec adicitur, ut per eam Papa legibus communibus, constitu- 36 tionibus, consuetudinibus deroget, ne impediatur sui Diplomatis effectus.*

Exprimi in Bullis solet sic. *Cum derogatione statutorum, privi- 37 legiorum, indultorum, & literarum Apostolicarum.* De ejus vi & effectu vide *Rebuffum. in d. 1. part. loco qui agit de 3. parte signaturae. Dartis d. loco. vers. posterior.*

Per dicta Mandata de providendo, datur jus ad futura vacatura be- 38 neficia, per quemlibet Pontificem (in Galliis) semel duntaxat in vita, tempore sui Pontificatus per literas in forma Mandati. §. 1. de mandat. Apostolic. in Concord. Gall. Idque vel propter jucundum Ejus adventum; honoris causa: *fac. l. si in aliquam ff. de offic. Procons.* vel in signum recognitionis Juris supremi: vel quia aequum visum est, post reservationem Ei in Galliis ademptas; *tit. de reg. ad praelat. nominat. & de tollat. in Concordat. & tit. de reservat. sublat. in Pragm. Sanct.* ut honoraretur in hac prerogativa. *arg. l. cum qui. 30. in princ. ff. d. jurejur.*

Idque etiam ea Lege ut Ordinarium non possit gravare mandato uno, nisi Is habeat beneficiorum decem collationem: habentem autem collationem quinquaginta & ultra, duntaxat in duobus. Ita tamen quod in eadem Ecclesia Cathedrali vel Collegiata, unum Collatorem pro tempore non gravet in praebendis duabus. *d. §. 1. de Mandat. Apostol. in Concordat. in §. volens. & in §. voluit. de collation. in Pragm. Sanct. const. Ludov. 12. art. 1. cum §. seqq. Petr. Gregor.*



in d. Syntagm. Jur. Univ. d. lib. & cap. num. 5. & 6. & in d. Enora. ad tit. Decret. de rescript. d. lib. 1. cap. 6. num. 5.

39 Mandata itaque hæc ad beneficia vacatura manere possunt à lo Pontifice; Gloss. in c. 1. in verb. vacaturis. de præbend. in 6. c. 1. Etus de eod. Felin. in c. mandata. de presumpt. propter ejus in beneficia supremam & plenam auctoritatem. c. 2. eod. in 6. c. 1. in fin. Utindependent. vid. Petr. Gregor. d. lib. 1. cap. 6. num. 1.

40 Sunt enim ea alioquin odiosa, cum propter eorum qui possulant ambitionem; c. quamvis. de præbend. in 6. tum quia odiosum est per se & functum, impetrare beneficium viventis. d. c. 2. de consuet. præb. c. de captanda. c. detestanda. eod. in 6.

Non licebit ergo, etiam Legato à latere, nec Cardinalium Collegio, c. dilectus filius. 19. de præbend. sac. c. super eo. eod. in 6. Cane Roman. de elect. concedere hæc Mandata: Quamquam is non Communi vacatura reservare possit suæ collectioni. c. cum dictum. de jure patron. c. deliberatione. c. si apostolica. de præbend. in 6. c. 4. & de offic. Leg. in 6. Regno Galliarum excepto. In quo ex Concilio Basiliensis præscripto ultimo placuit, tolli reservationes. tit. de rescript. in Pragm. Sanct. Petr. Gregor. in Syntag. Jur. Univ. d. lib. 1. cap. num. 7.

Ideoque in eo certa Mandatorum est præscripta forma secundum quam ea omnia, sive pertineant ad beneficia regularia, sive secularia, ut concipiantur oportet, tit. de Mandat. Apostol. tit. de firmat. mand. in Concordat.

Debent etiam Mandata, ut valeant, esse generalia ad beneficia omnia. Concord. d. locis. ut & placuit Senatui Parisiensi. teste Rebuff. in d. praxi tit. de claus. Mandat. num. 29. & 30. Licet olim & alibi in die, quam in Gallia, Mandata dirigerentur singularia. Petr. Gregor. d. lib. 1. cap. num. 8.

41 Cæterum tanta est Mandatorum horum de providendo, in forma legitima (Quam hic intelligimus expectativam. Alia enim sunt forma expectativarum Apostolicarum literarum. Quas non recipit Gallia. §. volens. de collat. in Pragm. Sanct. & de quibus Staphiliens proprio libro inc. tibi qui de rescript.) imperatorum potestas, ut Mandatam præ-

CORVINUS  
DE PERSONIS  
ET BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

G IV.

32

ferantur aliis beneficiis expectantibus; quia sunt Expectatores Apostolici, & ideo Ejus ratione preferendi: *c. ii, qui. de prabend. in 6.*

Et proinde preferuntur etiam in Gallia in beneficiis quæ sub Mandatis continentur (Nec enim, ut supra ostendimus, comprehenduntur omnia.) Ordinariis Collatoribus & Graduatis Simplicibus & Nominatis. §. *ut obvietur litibus de mandat. in Concord. Gallie.* quanquam Graduati prius quam Mandatarii acceptaverint, & quamvis beneficium vacans ejus generis esset, quod destinaretur Graduatis. *d. §. ut obvietur. & ibi Rebuff. in verb. nominatis. Petr. Gregor. d. lib. & cap. num. II.*

Quod tamen accipiendum ita, ut preferantur tantum his casibus, quibus per mandatum beneficium est affectum. *c. si Capitulos de concess. prab. in 6.*

Afficitur per presentationem & exhibitionem Mandati Ordinario factam. *c. tibi. c. pen. de rescript. in 6. d. c. si Capitulum.* Antea mandati nulla vis ac potestas, imò nec post presentationem impedit collationem factam ab Ordinario. Alendus tamen ab eo mandatarius, donec eo de beneficio providerit. *ut in c. dilectus. 27. de prabend.*

Debet fieri mandati presentatio & denuntiatio, nè mandati ignorantiam causet Ordinarius. *d. c. si Capitulo. & Clem. causam. 3. de elect.*

Verum intra quod tempus hoc fieri debeat, non est definitum Jure; sed solet vulgo adduci differentia inter Rescripta ad beneficia, & Rescripta ad lites, quod hæc finiantur anno; *c. si autem. & c. plerumque. de rescript.* Illa verò sint perpetua. *d. falso. Cod. de divers. Rescript.* Quia decet Beneficium Principis esse mansurum; *sec. c. decet. de reg. Jur. in 6.* Amittuntur tamen nonnullis modis. De quibus postea.

Per presentationem ergò Mandati, & quidem simplicem, afficitur beneficium, si nulli sint dati Executores, qui, non obtemperantibus Ordinariis, exequantur Mandatum: quod si dati, distinguendum: Utrum fuerint dati ad compellendum, utrum ad providendum: Nam si dati ad hoc, per solam presentationem Mandati non afficitur beneficium; sed opus est, ut *inhibeatur* Ordinarius, nè conferat,

postquam Inhibitionem Ordinario factam, facta ab eo Collatio ordinariis. *d. c. si soli. de concess. Præbend. in 6.* Si dati Executores ad illam & sola præsentatio & insinuatio sufficit; *c. quia cuncti. §. ex parte. Executor. c. si Capitulo. eod. in 6. Datis d. loco. vers. datis Executoribus.* & recusante aut negligente Ordinario, conferet Executor: *ut de forma literarum Executorialium Mandati in Concordat. ut & supra dictum.*

Sive autem fuerint dati Executores ad Compellendum, sive ad Providendum, edi debent literæ utræque, tam quæ continent Mandatum, quam Executoriales, idque Ordinariis, quorum interest, officiant, quid Executor possit. *ut judicat. Parisiis teste Rebuffo. in Gloss. in verb. Præsentat. d. tit. de forma Mandati Apostol. in Concordat.*

45 Præsentatione factâ tenetur Mandatarius, in Gallia requirere & acceptare ad summum intra menses sex beneficium primo vacans. *Rebuff. in §. nosque. in verb. præferendos. de collat. & in form. in Concordat. alibi, intra tempus ad acceptandum sibi præstitum. Gloss. in Canon. un. in verb. mensem. de concess. Præbendar. Felin. in c. Capitulum. 30. de rescript.*

Et quia tenetur ita acceptare primò beneficium vacans, si illud conferatur in vim Mandati, extinguitur Mandatum; *c. si modo 23. non potest 21. de præbend. in 6.*

Verum si illa Collatio non teneat, aut contingat non sortiri beneficium, non obstante eâ aliud acceptare poterit. *Rebuff. in præbend. de mandat. Apostol. Petr. Gregor. d. lib. 8. cap. 13. num. --*

46 Quodsi plures Mandatarii concurrant, qui diversâ impetrarunt à Summo Pontifice mandata, tempus datæ est inspiciendum; *c. cum te. c. constitutus. de rescript. c. si eo tempore eod. in 6.* & potior tempore potior erit juro. *c. qui prior. de reg. jur. in 6.* etiam si in secundo esset Clausula decreti irritantis, & in primo non; quia præsentatio afficit præbendam primo, ut obtinere eam non possit posterior: *d. c. si Capitulo. de concess. præbend. in 6.* etiam si præsentaverit prius, *c. si tibi quæ. de duobus. de rescript. in 6. c. cum, qui. de præbend. in 6.* Quia semper subintelligitur hæc clausula; *Si pro alio non scripserimus;* ut jam est dictum. Nisi

Corvinu  
De Person  
et Benefic. Eccle

G IV.

32

Nisi jus commune, in secundo decreto posita fuerit Clausula *Anteferri*. *Gloss. in d. c. si soli. & text. in c. pen. de concess. prabend. in 6.*

Vult enim jus, secundum tunc anteferri primo qui acceptaverit, modo ei nondum facta fuerit Collatio. *d. c. tibi qui. de rescript. in 6.* tollitque hæc Clausula jus ad rem, non in re. *c. quondam. de prabend. in 6. vid. Felin. in d. c. capitulum. col. 7. num. 6. cum seq. de rescript.*

Quod si non appareat, quis literas impetraverit primus; ejus qui præsentaverit causa erit potior: & si in præsentatione concurrant, crit ejus, ad quem dirigitur mandatum, gratificari ei cui voluerit: *c. duobus. de rescript. in 6.* Nisi in rescripto alterius Clausula *Motus proprii* fuerit apposita. *Gloss. in verbo presentante. tit. de forma Mandati Apostolici in Concordat.*

In gratificando verò procedet Ordinarius secundum Regulam Cancellariæ, XV. ut habeat aut rationem gradus: veluti Si unus ex impetrantibus sit graduatus, alter non graduatus; aut possessionis, ut præferat possessorem non possidenti: aut origines, ut oriundum ex loco, extero præferat: Et aliarum ejusmodi rerum. *Dartis d. loco. vers. in gratificando.*

Ubi tamen ex tenore literarum appareret gratificari Papam voluisse utrique; veluti, Si apposita fuerit Clausula, *Non obstante quod pro alio scripsimus*, aut similis, providendum erit utrique. *d. c. duobus.*

Sunt tamen casus quibus posterior Impetrans præfertur priori. *49*

Nempè

1. Si in Rescripto posteriore posita sit Clausula *Anteferri*: de qua supra.
2. Si primum rescriptum sit conditionale, secundum purum & simplex: *c. si pro te. 13. de rescript. in 6.*
3. Si primus beneficii, quod vacat, non sit capax, sit verò secundus: *c. ei, cui 29. de prabend. in 6.* vel si in rescripto secundo expressa sit dignitas, non verò in priori; & vacaverit dignitas: *c. quia sepe. 15. eod. in 6.*
4. Si primus in perfequenda mandati executione fuerit negligens: *c. si Clericus. 11. eod. in 6. d. c. tibi qui. de rescript. in 6. Felin. in c. Capitulum. eod.*
5. Si mandatum sit extinctum.

Extinguitur autem & finem accipit redditurque sine effectu; *50*

[Q9] 3

Pri-

Primo: Per revocationem ipsius Pontificis concedentis ejusve successoris: Solent enim Summi Pontifices post die coronationis revocare gratias expectativas à Prædecessoribus suis concessas. *c. quatuordecim. 8. de rescript. in 6. c. penult. & fin. de præbend. in 6. c. fin. de concess. præbend. in 6.*

§1 Revocatione expressâ à Successoribus non factâ, Mandatum Pontificis mors sola non officit Mandato; nec censetur ea revocatum si certis Executoribus in eo comprehensis sit directum: *c. si super quibusdam. 9. de offic. & potest. Jud. Deleg. in 6.*

Sed & si cui, nullâ personarum expressione factâ, gratia concessa sit facultas, ut aliquibus personis idoneis, auctoritate Apostolica providere possit de Ecclesia incerta, vel conferre beneficia, eorum collatio ad Sedem Apostolicam devoluta est legitime, etiam eadem auctoritate, compescendo per censuram Ecclesiasticam Condemnatores: ea, cum gratiam contineat specialem, decetque esse mansuram; non expirat per concedentis mortem, licet res sit antiqua: *text in c. si cui nulla persona. 36. de præbend. in 6.*

Exspirat, si super provisione certæ personæ faciendâ, sit data potestas eidem, non ob suam, sed ejus, cui mandatur provideri, gratiam vel favorem: *d. c. si cui nulla persona. 36. vers. secus.* Est enim regulare Mandata re integra expirare mandatis morte. *l. & quia. 6. ff. de iurisdic. l. si per epistolam. 50. ff. de acquir. vel amit. hered.*

§2 Cæterum in Gallia Mandata Apostolica non extinguuntur Mandantis morte: ut ex Mandati forma, in Concordatis apposta, constat. *vid. & Gloss. in §. 1. verbo Pontificatus. tit. de Mandatis Apostolicis. in Concordat.*

§3 Nec etiam alibi censentur revocata, quando res non est integra ut si per Executorem, vel Mandatarium processum fuerit ad actum aliquem, ex quo dici possit rem non esse integram; veluti, si bulla fuerit Executori præsentata. &c. *vid. Domin. de S. Gemin. ad d. c. si nulla. Petr. Gregor. d. Enarrat. ad tit. de Rescript. lib. 1. cap. 8. num. 1. Darts. d. tract. de benefic. sect. 7. cap. 2.*

§4 Secundo extinguitur Mandatum, ejusve effectus per Mandantis renunciationem, tam tacitam, quam expressam.

CORVINUM  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

Gloss. IV.

32

Per hanc meritò; *c. ad audientiam. 31. de rescript.* Nec enim redire potest renuntians ad jus ejuratum. *c. 3. c. in presentia. 6. de renuntiat. & obligatio sublata in perpetuum restitui nequit. l. qui res. 98. §. aream. ff. de solution. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. si pro parte. 10. §. idem querit. ff. de in rem verso.*

Expresse renuntiat, qui verbis renuntiationem beneficii obtenti significantibus utitur. Verba enim referunt mentis imaginem, & cum in verbis nulla est ambiguitas, voluntatis quaestio non est admitenda. *l. ille heres. 25. ff. de legat. 3.*

Tacite; primo qui beneficii possidendi sit incapax: ut si uxorem ducat: *c. 1. c. diversis. 5. c. cum decorem. 8. de Cleric. conjugat.* si aliud beneficium incompatible acceptet: *Clem. gratia. 4. de rescript. vid. Gloss. ad §. quod si quis ex dictis. ad verb. tempus. in fin. de Collat. in Pragm. Sanct.* habitum Clericalem rejiciat: *c. 1. de Apostat. fiat miles, enormibus criminibus se immisceat; vid. Pacum de Mand. Apost. part. 8. num. 7.* aliove modo privilegium Clericatus amittat: *c. 1. de vita & honest. Cleric. in 6. Clem. 1. eod.* Secundo; Qui tantum rescripto mandati renuntiat: *c. cum pridem. 4. de pact.* Nisi de contraria voluntate constet. *c. sane dilecto filio. 7. de renuntiat. Petr. Gregor. d. loco. num. 2.*

Tertio extinguitur Mandatum, ejusve effectus, elapso tempore, si re illi ad acceptandum appositum: *Clem. un. de concess. prebend. vid. d. Petr. Gregor. d. loc. num. 4. 5. & in Syntagm. Jur. univ. d. lib. 17. cap. 11. num. 15.*

## TITULUS V. De Reservatione. SUMMARI A.

1. Mandato Apostolica affinis.
- Reservatio Beneficii est 2. Quae illa.

3. Eam

- 3. Eam habet Pontifex. Reservacionem qua dit
- 4. Ejus Inventor incertus. ferentia.
- 5. Inventio unde processerit. 16. Affectio Papa uniu
- 6. Ea non derogatum pote- resultet.
- 7. An concessa Legato à 17. Sede Apostolica Bene
- Latere. ficia reservata confer
- 8. Reservatio vel Genera- 18. Reservaciones hodie
- lis: Et qua. in Galliis abrogata.
- 9. Vel Specialis; Et qua. 19. Ubique ex Concilio
- 10. Certum corpus quan- Tridentino.
- do dicitur reservari. 20. Abrogationis ratio
- 11. Quando incertum. qua.
- 12. Mentalis reservatio 21. Reservacionis affinis
- qua? sunt regressus Et Acces
- 13. Beneficia reservata sus.
- Sedi Apostolica qua? 22. Regressus qui.
- 14. Reservacionis effectus 23. Qui Accessus.
- tres: Et qui? 24. Prohibiti hi in Gal-
- 15. Inter Affectiorem Et lia.

1 **M** Andato Apostoleo affinis est beneficii Reservatio.

2 Est, alicujus beneficii Ecclesiastici vacaturi per habet  
 tem ad id potestatem ad se facta avocatio. *Zel. in con*  
*ment. ad Decret. lib. 3. tit. 5. num. 24. Aneas de Falso*  
*tract. de reservat. qu. 1. Jacob. Simon. sim. tract. qu. 1. Gonzal. ad regl.*  
*Cancell. Gloss. 31. à princ.*

3 Reservandi potestatem habet Summus Pontifex pro sumus  
 Ejus in Ecclesiam auctoritate. Epo

Corvinu  
 De Personis  
 et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
 32

Ejus inventor incertus. Nonnulli citant Clementem V. qui se-  
dit Anno 805. Aliqui Johannem XXII. qui præfuit Ecclesie Anno  
1322. *Gomes in proem. Regul. Cancell.* Alii Nicolaum I. qui rexit  
Anno 1360. *Thom. Fletrius tract. reservat.*

Inventio processa ex prætextu eodem quo Mandata Apostolica;  
Nempe quod dicerent Romani Pontificis velle se de literatis viris pie-  
tateque præstantibus provideri Ecclesiis; *c. execrabilis. ubi Gloss. verb.*  
*reservamus. Extrav. de præbend.* quoniam abuterentur Ordinarii Col-  
lationibus suis, plus deferentes sanguini, quam iustitiæ. *vid. can. 4.*  
*parro. dist. 63. Bursat. consil. 126. num. 13. incip. Nicolaus 1. lib. 2.*

Non ergo potestati ordinariæ derogatum, & derogatur hodie per  
Reservationem. Nec eam Papam velle turbare sine iusta causa, fac-  
*can. non nos dist. 40. c. quamvis. 8. de rescript. in 6.* præsumendum: est  
Ejus voluntas propria pro iusta habeatur ratione: Quia & motu pro-  
prio maximè ab eo fiat & concedatur reservatio. *Simoneta d. tract.*  
*qu. 80. Felin. ad c. fin. de testib.*

Eadem ratione Reservatio concessa est Legato à Latere, cum  
temperamento seu modificatione tamen: *c. presentis. 3. c. deliberatio-*  
*ne. 4. de offic. Legati. in 6. Gloss. fin. in c. fin. de concess. præbend. in 6.*

Reservatio autem vel est *Generalis* vel *Specialis*.

*Illà* est, quando Papa reservat beneficia omnia, quæ vacabunt  
tali modo; verbi gratia, per adeptionem secundi, *ut in d. Extrav.*  
*Execrabilis.* vel in Curia Romana; vel beneficia officialium, seu Fa-  
miliarium Papæ & Cardinalium: *ut in Extrav. ad regimen. de præbend.*  
Denique quoties Reservatio in corpore juris est clausa; vel per Extra-  
vagantem, aut Cancellariæ regulas, inducta. *Bellam. cons. 34. inci-*  
*pi statuto. col. 5. vers. ad tertium. Simonet. d. tract. qu. 4. num. 3. & 14.*  
*Barbosa. Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 13. num. 39. Zaf. d. loco. num. 26.*  
*Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 36. num. 4.*

Hac est, quando reservatur *certum beneficium*, sive *certum bene-*  
*ficii corpus*, sive *incertum* in individuo *Dartis tract. de benefic. sect. 7.*  
*cap. 3. vers. Speciales.*

*Certum corpus* dicimus reservari, si reservetur beneficium S. 10  
Paneratii in Diocesi Gradensi, vel si talis Ecclesia Cathedralis puta  
Tholo-

[Rr]

Tholo-



Tholosana, vel Gradenfis. *ut in c. ſeo tempore. de elect. in 6. Aeneas de Falcon. d. tract. qu. 2. Barboſ. d. loc. & num.*

**I 1** *Incertum, ſi ex pluribus Cathedralibus Eccleſiis, reſervetur ea quæ primò vacaverit. Dartis. d. loco. vid. Petr. Gregor. Inſt. rei vend. cap. 24. num. 21.*

**I 2** *Reſervatio, quæ fit de certo beneficii corpore, vel fieri poteſt ſpecialiter pro certa perſona; vel nullâ perſonâ expreſſâ. Quam reſervationem Interpretes appellant Mentalem. Quando Romanus Pontifex reſervat certum aliquod beneficium ſuæ diſpenſationi, ut providat perſonæ gratæ cujus nomen non exprimit. Dartis d. loco. Simonet. d. tract. qu. 15. Sufficit enim in reſervatione Summi Pontificis voluntas ſola. can. in memoria. diſt. 19. Gloſſ. ad verb. Canonico. in ſua. l. de verb. ſignif. vid. Petr. Greg. d. cap. num. 22.*

*Operatur utraque Reſervatio effectum eundem. Mandosin. v. d. Regular. Cancell. qu. 4. Barboſ. d. loc. num. 40.*

**I 3** *Beneficia ergò reſervata Sedi Apoſtolice ſunt; 1. Omnia vacatura per obitum Cardinalium d. Extrav. ad regimen. innovata per Reg. 1. Cancell. teſt. Hieron. Paul. in praxi Cancell. ſ. de beneficiis general. reſerv. verſ. item beneficia. Cardinal. Gomes. in reg. ad impetrand. benefic. vacant. per obitum Cardin. qu. 13. ſub num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 51. num. 6. nec non Officialium Sedis Apoſtolice: d. Extrav. ad Regimen. vid. Gonzal. d. Gloſſ. 51. num. 17. & Joan. Cochier. in reg. 3. Cancell. num. 34. Barboſ. d. cap. num. 46.*

2. Vacantia & vacatura per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiſcopatum, Episcopatum, *contra cap. cum in curiis. ſ. cum cura de elect. Monasterii Regimen. d. Extrav. ad regimen. Aeneas de Falcon. d. tract. qu. 2. princ. ſub num. 12. Simon. d. tract. qu. 27. Garcias de beneficiis part. II. cap. 6. num. 30. vid. Petr. Gregor. d. loco. num. 10. per diſpoſitionem, privationem, translationem, aut muneris conſecrationis ſuſceptionem auctoritate Apoſtolica factas aut faciendas: d. Extr. ad regimen. Gonzal. d. Gloſſ. 51. num. 32. Cochier. ad reg. 1. Cancell. num. 22. verſ. quintus. per aſſecutionem pacificam quorumcumque Prioratum, dignitatum, perſonatum, officiorum, canonicatum,*

CORVINUS  
DE PERSONIS  
ET BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

G. IV.

32

carium, prebendarum, auctoritate non Ordinarii, sed Apostolica provisorum, seu providendorum: *d. Extr. ad regimen. Simonet. d. tract. qu. 26. num. 1. Simoneta. d. tract. qu. 26. num. 1. Bursar. conf. 126. num. 96. lib. 2. Gonzal. d. Gloss. 51. a num. 51. Vivian. in praxi jur. patron. lib. 14. cap. 1. num. 18. & 19. Lotter. de re benef. lib. qu. 27. a num. 37.*

3. Beneficia vacantia per execrabilitatem, id est, per assecutionem beneficii secundi cum primo incompatibilis: *d. Extrav. execrabilis. §. qui verò deinceps. & §. que omnia. Gonzal. d. Gloss. 51. num. 38. a Cochier. d. loco. vers. octavus.*

4. Per Ordinarios Collatores contra Concilii Tridentini decreta collata: *Gonzal. d. Gloss. 51. num. 48. Cochier. d. loco. vers. decimus. vid. d. Concil. sess. 7. de reformat. cap. 3. & sess. 22. de reform. cap. 4. & sess. 23. de reform. cap. 6. & d. sess. 23. cap. 18. vers. de cetero. & sess. 24. de reform. cap. 12. & d. sess. cap. 8. & sess. 25. de reform. cap. 15.*

5. Monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum communi æstimatione excedentia: *ut in reg. Cancell. 4. refert Cochier. d. reg. 1. vers. duodecimus. Vivian. d. cap. 1. num. 31.*

6. Omnes dignitates majores post Pontificalem in Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis: In Collegiatis, principales, excedentes, æstimatione communi, decem aureorum florenorum valorem: *ut in reg. 4. Cancell. ref. Cochier. ad d. reg. 1. vers. decimus quintus. Vivian. d. cap. 1. num. 33. Paul. de Rubis decis. 236. tom. 3. divers. alias parte 7. recent. vid. Barbof. d. loco. num. 58. & seq.*

7. Omnes dignitates Conventuales perpetuæ, & Præceptorie generales quorumcunque ordinum, sed non militarium. *ut in ead. 4. reg. Cancell. in 2. parte. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. decimus sextus. Vivian. d. cap. 1. num. 34. Barbof. d. loco. num. 60.*

8. Beneficia familiarium & continuorum commensalium Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium. *ut in d. reg. 4. Cancell. in 3. part. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. decimus septimus. Vivian. d. cap. 1. num. 35. Barbof. d. loco. num. 61.*

9. Collectorum quorumcunque & Subcollectorum, etiam tantum deputatorum, *Mandos. ad reg. 4. Cancell. qu. 4. Simon. d. tract.*

qu. 33. num. 8. cum seqq. de Falcon. sum. tract. qu. 3. princ. num. 6. fin. etuum & proventuum Camerae Apostolicae debitorum: ut in reg. 4. Cancell. ref. Cochier d. reg. 1. vers. decimo octavus. Simon. d. tract. qu. 23. vid. Barbof. d. loc. num. 62. cum seqq.

10. Curialium morientium dum sequuntur Curiam Romanam de loco in locum se transferentem: ut in reg. 6. Cancell. ref. Cochier d. reg. 1. vers. decimus nonus. Virvan. d. cap. 1. num. 35.

11. Cubiculariorum, etiam honorariorum, ac Curforum suorum: ut in Reg. 7. Cancell. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. vigesimus. Virvan. d. cap. 1. num. 40.

12. Omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, qualitercunque qualificata, extra Romanam Curiam, in singulis mensibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris & Novembris, alias quam per resignationem, vacantia: ut in Reg. 8. Cancell. Barbof. d. loco num. 69.

12. Vacantia in Germania in mensibus Januarii; Martii, Julii, Septembris, & Novembris. 1. Const. Nicolai V. refer. Gonzal. d. Gloss. 51. num. 17. & 99. Virvan. d. cap. 1. num. 43. Cochier. d. reg. 1. vers. 23.

13. Vacantia propter crimen; ut haeresis, Const. 29. Pii V. incip. cum ex Apostolatus. sub dat. 6. Kalendar. Febr. 1566. in Bullar. no. vo. tom. 12. pag. 213. refer. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. qu. 16. num. 89. Gonzal. d. Gloss. 51. num. 101. Garc. de benefic. part. 1. cap. 1. num. 81. Piafco. in praxi Episcop. p. 1. cap. 5. num. 3. Novar. in sum. Bullar. tit. de benefic. reservat. ob haeresim. simoniae; c. 1. ubi Gloss. ult. de testib. in 6. Franc. Leo in Thesaur. fori Eccles. part. 2. cap. 5. num. 36.

14. Collata personis; sive propter genus suum; quia puta descendunt ex infecto sanguine; aut ex genere seu stirpe de haeresi condemnato; Sive ratione particularis statuti à Sede Apostolica confirmati, vel concessionis aut privilegii, prohibitis. Constit. 66. Gregorii XIII. incip. in Ecclesiis. sub dat. Idib. Novemb. 1580. in Bullar. no. vo. tom. 2. pag. 448. refer. Flamin. Paris. d. tract. d. qu. 16. num. 11. Gonzal. d. Gloss. 51. num. 103. Cochier. d. reg. 1. vers. 26. Barbof. d. loc. num. 76.

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV  
32

15. Recepta in confidentiam, quæ ipso jure vacant: per *constit.* 85. *Pii IV. incipit Romanum Pontif. in Bullar. novo tom. 2. pag. 120. & Constit. 78. Pii V. incipit: Intolerabilis. refer. Flamin. d. qu. 16. num. 28. Franc. Leo d. cap. 5. num. 24. Salcedo de lege Politica lib. 2. cap. 16. num. 65. aliique alleg. per Barbof. d. loco. num. 77.*

16. Parochialia contra Concilii Tridentini formam in *sess. 24. de reformat. cap. 18. collata: per Constit. 32. Pii V. incip. in Conferendis. in Bullar. novo. ref. Leo. d. loc. num. 26. & 32. Riccius in praxi for. Eccles. resolut. 333. vers. 8.*

17. Vacantia per delictum offendentium litigantes in Curia Romana, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, testes, Notarios; per *constit. 2. Alexandr. VI. incip. In Eminentia. in Bullar. novo tom. 1. pag. 400. ref. Rota decis. 161. per. 2. divers. Cochier. d. reg. 1. Cancell. vers. 28. Vrvian. d. cap. 1. num. 48. Per non factam resignationis publicationem: per *Constit. 85. Gregorii XIII. incip. Humano vix Judicio. sub dat. Nonis Januarii 1584. in Bullar. novo tom. 2. pag. 469. ref. Quaranta in Summa Bullarii. verb. benefic. resignat. public. Garc. d. tract. de benef. part. II. cap. 3. à num. 273. Per sequestri, lite in Curia Romana pendente, violationem: *Clem. un. §. si quis autem. de sequestr. possess. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 8. & 59. Per habitus clericalis neglectam declarationem. 92. Sixti V. incip. Cum Sacrosancta. dat. Romæ. 18. Januarii. 1589. in Bullar. novo tom. 2. pag. 653. ref. Quaranta in d. Summa. verb. Habitus Clericalis. per *constit. Pauli IV. incip. Inter ceteras. dat. 27. Novemb. 1557. in Bullar. novo. tom. 1. pag. 731. ref. Cochier. d. reg. 1. vers. 30.****

18. Beneficia se ipsos pro aliis examini subjicientium, annuas pensiones pro beneficiis consequendis offerentium; beneficia cum intentione resignandi impetrantium.

19. Beneficia à Cardinalibus suorum indultorum vigore collata, si literæ Apostolicæ non fuerint intra tempus debitum expeditæ: *Gonzal. d. Gloss. 51. à num. 109. Cochier. d. reg. 1. vers. 51. Vrvian. d. cap. 1. num. 51. Barbof. d. cap. lib. 85.*

20. Devoluta ad Papam: *sec. Flamin. Paris. d. tract. & qu. num.*

[Rr] 3

100.

100. cum seqq. Cochier d. reg. 1. vers. 33. Vivian. d. cap. 1. num. 1.  
Diss. Gonzal. d. Gloss. § 1. num. 109. non sine fundamento.

14 Reservationis effectus sunt tres. Primus, non ut Papa sit  
acquirere velit conferendi jus; nam hoc jam habet, & per concurren-  
cum Ordinariis omnibus confert per praeventionem: *can. causa per  
mundum. can. principalem. 9. qu. 3.* sed ut adimat conferendi jus Ord-  
nariis; siue reservatio facta fuerit cum decreto irritante, siue sine eo  
& praeterea, si contulerint Ordinarii, collationes sunt nullae. Simonet  
d. tract. qu. 18. Petr. Gregor. d. cap. num. 25. Dartis tract. de benef. lib.  
7. cap. 3. vers. effectus.

Alter. Ut afficiat Beneficium, non quidem, ut is in cuius gra-  
tiam reservatio fecerit facta, habeat jus affectum ad beneficium, refer-  
varum, ut diximus supra, sed ita ut sit dispositioni Romani Pontificis  
ut ab alio conferri non possit.

15 Affectio & Reservatio multum differunt. Haec enim respicit  
actum verbalem & expressum; ut si Papa per constitutionem, ut verbo  
dicat, *Reservamus*: dicitur Reservatio. Illa vero respicit  
actum realem & factum; ex quo oritur reservatio tacita: ut cum Papa  
super dispositione alicujus beneficii apponit manum, etiam si proventus  
fuerit nulla, utpote facta inhabili, incapaci. *c. inter dilectos. ubi Pa-  
norm. de concess. Prabend.* vel quia surreptitia, aut alio laborans de-  
ctu. *c. ut nostrum. § 9. de appellation.* Simonet. d. tract. qu. 64. Nam  
tunc dicitur affectum; ita ut inferiores omnes se intromittere non pre-  
leant amplius. *Aeneas de Falcon. d. tract. prel. 3. Mandos. in prae-  
Reg. Cancell. Gloss. § 2. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. § 2. in prae-  
da; Gonzal. d. Gloss. § 2. num. 11. cum seqq. Vivian. d. cap. 1. num. 61.*

16 Hinc dicitur Affectioem Papae induci seu resultare ex Communi-  
da; *Gonzal. d. Gloss. § 2. num. 11. cum seqq. Vivian. d. cap. 1. num. 61.*  
Vel unione ad vitam alicujus; *Idem dd. locis.* vel ex mandato de pro-  
videndo; *Extrav. fin. §. Romani. de prabend. Simonet. d. tract. qu. 60.*  
*num. 1. Flam. Paris. d. tract. de resign. benef. lib. 12. qu. 10. num. 9.*  
*Gonzal. d. Gloss. num. 13. Vivian. d. cap. 1. num. 64.* vel ex decreto im-  
posito per Papam de demittendo in ejus manibus; beneficium immo  
certum tempus; *Monet. de opt. Canon. cap. 3. num. 44. Leo in The-  
saur. d. part. cap. 4. num. 37. vid. Gonzal. d. Gloss. num. 14.*

CORVINUS  
DE PERSONIS  
ET BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

G IV  
32

*virian. d. cap. 1. num. 65.* Vel ex præventionem collationis nullæ; *Gonzal. d. Gloss. num. 15. Virian. d. cap. num. 66.* vel ex collatione facta absentis iam defuncto; *Garc. d. tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 2. num. 138.* vel ex manus impositione super electione; *c. si eo tempore. 45. de elect. in 6. Aneas de Falcon. d. tr. pral. 3. num. 4. Gonzal. d. Gloss. num. 19. Virian. d. cap. num. 68.* Vel ex renuntiatione facta in manibus Papæ: *Gomez. in reg. de infirmis. resignant. quest. 33. num. 1. vers. & tenendo istam partem. Gonzal. Gloss. 52. num. 16. Virian. d. cap. 1. num. 67.* Putate simplici; Non emanate ad certæ personæ favorem. *Flamin. Paris. d. tract. lib. 11. qu. 2. num. 4. Gonzal. d. Gloss. 52. num. 49. Garc. d. parte. 5. cap. 1. num. 155. cum seq. Barbof. d. loco. num. 33. cum seq.*

Tertius Reservationis effectus est, quem refert *Glossa in verbo impediri. de elect. & reservat. in Pragm. ut Mandata de providendo ad beneficia reservata*, non valeant, nisi reservationis in literis fiat mentio; Quia verisimile non est Papam concessisse beneficium adversus illud, quod ipse ordinaverit antea. *Dartis d. loco. vers. Tertium effectum.*

Sede Apostolica Vacante, Beneficia reservata, quovis modo vacantia, liberè confert *Episcopus*: quia tunc cessant Regula reservatoria, & omnes menses sunt Ordinarium, possuntque illi tanquam redeuntibus ad jus commune, providere de beneficiis in quolibet mense vacantibus. *Gonzal. ad d. reg. 8. Cancell. §. 5. præm. num. 46. Cochier. d. reg. 1. num. 22. vers. sexto.* Ratio est: Quia per conditoris, qui Pontifex, mortem expirat vis & auctoritas regularum Cancellariæ *Pisec. in prax. Episc. part. 2. cap. 5. num. 2. vers. Sede item. Zerola. in praxi Episcop. part. 1. verb. regula Cancellariæ. §. 7. Gonzal. d. §. 5. præm. num. 5. Barbof. d. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 3. num. 35. cum seqq.*

Cæterum hodiè nullus est Reservationum usus in Gallia, quæ primum sublata fuerit in Concilio Basiliensi, *sess. 23. vid. c. licet. c. & quia, de elect. & reservat. in Pragm. Sanct. observato in Gallia; Rebuff. in praxi benefic. tit. de reservat. num. 12. & 38. Zesf. ad decrees. tit. de præbend. & dignit. num. 26. Petr. Gregor. in syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 5. num. 5. & exceptæ fuerit tantum ea quæ in corpore juris clausæ; id est, secundum Gallos, Decreto, Decretalibus Gregorii XV. Sexto & Clemen-*

Clementinis; non etiam Extravagantibus aut Regulis Cancellariae Per Concil. Basil. vid. Rebuff. §. 1. in Concord. Gomes. in reg. Cancell. trien. possess. qu. 1. Petr. Gregor. d. loc. num. cap. 3. & in Instit. 20. benef. cap. 24. num. 27.) Et quae fiunt in terris Ecclesiae Romanae, sive in Patria Obsequii quam vocant. *Dartis d. loco. versio. Caterum.*

19 Eas etiam sustulit in Gallia tam generales, quam speciales, Leonis X. constitutio *tit. de reservat. in Concordat.* & ubique Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformat. cap. 19.* hisce verbis, *Sed nec Reservationes mentales, nec alia quaecunque gratia ad vacatura nec inania ad alienas Ecclesias, vel monasteria, alicui, etiam ex Sancta Ecclesia Romana Cardinalibus, concedantur: & haec tenus concessa abrogata cessantur.*

20 Abrogationis rationes fuerunt eadem, quae olim iuste provisionibus inhibuerunt ad beneficia vacatura. *c. 2. de concess. praebe. c. de rebus. da. cod. in 6.*

21 Reservationibus affines sunt *Regressus* & *Accessus*, ut vocantur.

22 *Regressus* sunt, quando quis resignat beneficium, retinens tamen quibusdam fructibus; cum regressus lege, scilicet ut praemortuarius resignatario, revertatur beneficium ad resignantem; quo modo videtur resignanti beneficium tacite reservari.

Si ex iusta utilitatis publicae causa fiant, ut melius inserviant Ecclesiae; sunt favorabiles & ampliandi; sin minus, damnabiles & reprobandi. In Francia communiter non usurpantur. *Rebuff. in d. praebe. benefic. part. 2. tit. de regressib.*

23 *Accessus* sunt, quando Papa, volens conferre beneficium incapaci, ut puero; confert illud alteri eadem lege, ut post aetatem legitimam puer ad illud accedere possit auctoritate propria.

24 Qui accessus prohibiti sunt in Francia. *vid. Paris. consil. 76. in capitula. vol. 4. Rebuff. d. tit. Dartis d. loco. versio. affines. cum seq.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32

TITULUS

## TITULUS VI De Nominatione Regia.

### SUMMARIA.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Continuatio.                           | 8. Licet non adsit Nominato, aliquando creari tamen debet.    |
| 2. Nominationis verbo usi Latini veteres. |   |
| 3. Nominatio quid.                        | 9. In quibus præterea jus Nominationis habeant Reges Francia. |
| 4. Regia vel Scholastica.                 | 10. Quando cesset.  |
| 5. Regia quod jus tribuat.                | 11. Quomodo vacet Beneficium interest nihil.                  |
| 6. Qualis quem nominat Rex, esse debet.   |   |
| 7. Idoneitas ejus unde asstimatur.        |   |

**S**equitur, ut juxta ordinem in titulo primo hujus libri præscriptum, nunc de *Nominatione* videamus. *Nominationis* verbo, materiae nostrae maxime accommodato & apposito, & veteres Latini Authores in re non adeo dissimili tui fuerunt. Plinius lib. 2. epist. scribit; *Sic illa die, qua Sacerdotes solent nominare, quos dignissimos Sacerdotio judicant me semper nominabant.* Idem lib. 4. *Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quo successi Julio Frontino Principe Viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter Sacerdotes nominabat tanquam in locum suum cooptaret, quod nunc eventus ita comprobavit, ut non fortuitum videretur.* Brutus in epist. ad Ciceron. *Is Pansa locum petere constituit, eam nominationem à te petimus, neq. conjunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus, neq. digniorem nominare potest, quam Bibulum.* Græci *Nominationem* hujusmodi *νενομήσις* appellant.

[Ss]

Est



3 Est autem *Nominatio*, duorum, trium, vel plurium, ut idoneorum, electionis causa delectus, *can. 1. dist. 85. Archidiacon. in c. nulli de elect. in 6. & can. quanto. col. 2. dist. 63. & expressio. fac. l. 1. & 2. de lib. & postb. hered. instit. l. certum. 6. ff. de reb. credit.*

Dico, *duorum vel plurium*; quia interdum & unus nominari potest; sed illius nominatio est potius electio, ex qua jus aliquod acquiritur Nominato. *c. cum olim. de re judic. Gloss. in d. can. quanto. & in c. contra. 16. qu. 7.*

4 Est *Nominatio*, maxime in Gallia, duplex; alia *Regia*, de qua hoc titulo; alia *Scholastica*, de qua in titulo sequente.

5 *Regia* plus juris tribuit quam presentatio: Nec enim procedit ratione Juris Patronatus, quam habet Rex in omnibus regni sui Ecclesiis; ut legimus apud Matthaeum Paridem in *Chronicis Angliae*. Johannes Angliae Regem Papae & Ecclesiae Romanae obligasse omne Jus Patronatus quod habebat in Ecclesiis Anglicis: sed ex conventis Regis ac Pontificis habitis inter Regem & Pontificem Romanum: quae habentur Concordatis, aut si mavis, ex constitutione Leonina.

6 Cujus capite uno ad hanc Nominationem pertinente, haec sunt continentur. *Vacante Ecclesia Cathedrali vel Metropolitana Episcopus non à Collegio Canoniorum Ecclesia eligatur*, ut eligi debere supra docuimus; *sed Rex intra sex menses virum gravem atq; idoneum Papa optineat ac nominet.*

7 Idoneus ut aestimetur, ad minimum annorum debet esse viginti & septem: & in Schola aliqua celebri solemnibus gradibus ac titulis insignitus: nempe Theologiae aut Juris Civilis vel Pontificii Magisterio sive Doctrina, qui Scholasticorum honorum est apex; aut certe huic proximo gradu, quem vulgo Licentiam appellant. Appellatur eruditius posset Prodoctrina, Graece μεθ. οδ. δασκαλία.

Tali Regis Candidato Vacantis Ecclesiae gubernationem committere debet Pontifex. Si vero non sit talis; potest Rex alium intra trimestre spatium digniorem nominare: Quo tempore elapso, computando à die intimationis repulsae, de Ecclesia vacante providebit Romanus Pontifex. §. 1. de Regia ad Pralatur. Nominat. facienda. in Concord. Sunt

Corvinu  
De Personu  
et Benef. Eccle

G IV.

322

Sunt tamen ex Regis Candidatis nonnulli, quos Pontifex cogitur  
8  
creare Antistites; tamen dicta eis non infunt, id est, tamen honores il-  
los Scholasticos consecuti non sint. Ut sunt Regis Gentiles ac Confan-  
guinei, alique sublimes & splendida personæ. Sæpe enim utilitas ali-  
qua & temporis ratio exigit, ut hujusmodi personæ modo aliqua eis ad-  
sit mediocritas, promoveantur ad Ecclesiæ ministeria, humilioribus  
posthabitis: Nec aliter id fieri debere, dicta constitutione Leonina di-  
ferre est expressum. *Duaren. de sacris Eccles. ministr. lib. 5. cap. 12.*

Quibus adscribendi sunt Religiosi Mendicantes, quibus ex Regu-  
le instituto, solemnibus conventuum Scholasticorum graduationibus  
est interdictum; *Dartis tract. de benef. sect. 7. cap. 4.* si modo eorum  
virtus & doctrina tam sit excellens, ut eos Ecclesiis præfici publicè inter-  
fit. *Duaren. d. loco.*

Jus quoque Nominationis datum est Regibus Franciæ in Abba- 9  
tis & Prioratibus, Monachorum, non Monialium, non Ecclesiarum  
Secularium, sed Conventualibus similiter electivis; ita tamen ut suffi-  
ciat ætas annorum viginti trium, nec eum qui nominatur à Rege sit ne-  
cesse aliquo gradu esse decoratum sufficit esse vitæ Monasticæ & institu-  
ti, & ejusdem Ordinis. *S. monasteriis. eod. tit. in Concordat. & ibi Rebus-  
fus, Dartis d. loco, vers. jus quoq. Duaren. d. loco. circa fin.*

Cessat hoc jus nominandi, ubi hæc beneficia vacant in Curia Ro- 10  
mana. Quia illa, ut supra docuimus, Romani Pontificis dispositioni li-  
bere sunt reservata. *Dartis d. loco. vers. similiter. Duar. d. loco, in fin.*

Cessat quoque ubi Collegio alicui Ecclesiastico, aut Monasterio  
Pastorem eligendi facultas speciali privilegio fuerit concessa. *S. ult. eod.  
tit. in Concordat. d. loco, vers. nec quoq. Duaren. d. loco.*

Nihil autem interest, quo modo vacet Beneficium, an morte, an re-  
renuntiatione; etiam ex causâ permutationis: Semper enim jus nomi-  
nandi habet Rex, aut requiritur ejus consensus, *Placet* vulgò appellant.  
*Dartis d. loco, vers. nihil autem interest.*

TITULUS VII.  
De Nominatione Scholastica.

SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. <i>Nominatio Scholastica cur procedat jure extraordinario.</i> | 11. <i>Cur.</i>  |
| 2. <i>Ortus à Gratiis expectativis.</i>                           | 12. <i>Quando petenda &amp; concedenda Nominatio.</i>    |
| 3. <i>Ab Universitatis voluntate pendet.</i>                      | 13. <i>Redigenda in scriptum.</i>                        |
| 4. <i>Quae beneficia eà comprehendantur.</i>                      | 14. <i>Duplicata exhibenda.</i>                          |
| 5. <i>Fundatur in Concordatis.</i>                                | 15. <i>De Originalibus quae faciendum.</i>               |
| 6. <i>Cur concessum Jus Nominationis Universitatibus Gallia.</i>  | 16. <i>Ut Matricula inscribatur. Nominatus, necesse.</i> |
| 7. <i>Earum nomine quae intelligantur.</i>                        | 17. <i>Quae exprimenda.</i>                              |
| 8. <i>Qualem nominare debeant.</i>                                | 18. <i>Ad quos dirigenda.</i>                            |
| 9. <i>Legitimum studiorum tempus quod.</i>                        | 19. <i>Quibus insinuanda.</i>                            |
| 10. <i>Qui excipiantur.</i>                                       | 20. <i>Insinuatio hic quid.</i>                          |
|   | 21. <i>Coram quibus facienda.</i>                        |
|   | 22. <i>Semel.</i>  |
|   | 23. <i>Eà facta petenda Cuius latio: Et à quo.</i>       |
|   | 24. <i>Ea negata devolvitur ad Superiorem.</i>           |

CORVINU  
De Personis  
et Benefic. Eccle

G IV.

32

25. *Nisi iusta recusandi* 27. *Nominationis effectus.*  
 26. *Pluribus Nominatis quis sit potior.* 28. *An circularis promotio locum habeat perpetuò.*

**P**rocedit *Nominatio Scholastica* jure extraordinario. Cum  
 quia *Nominationes* sunt gratiæ expectatiuæ; vel sal-  
 tem instar earum: *Gloss. in verb. gradus. tit. de Collation. in*  
*Pragm. Sanct.* tum quia ipse Papa, (à quo nominandi po-  
 testatem habent *Univeritates*) in *Collationibus beneficiorum* in alio-  
 rum *Dioecesi sitorum*, non procedit *Jure Ordinario*: ut *supra ostendi-*  
*mus.*

*Origo Nominationum* est à *Gratiis expectativis*: Hisce enim per  
 Concilium *Basileense* aut *sublati*, aut in modum *redacti*, *inductæ* sunt  
*Nominationes*; ut essent gratiæ quidem *expectatiuæ*, sed *generales*.  
*Gloss. d. verb. gradus.*

Unde à *mera Universtitatis voluntate* pendent, *g. præsatiq. de col-*  
*lation. in Concord.* & ad earum *concessionem Univeritates* non cogun-  
 tur; licet eas *denegantes doctis ac benemeritis*, *injustè* faciant: *Gloss.*  
*in §. item quod ad dictas. in verb. potuerunt. eod. in Pragm. Sanct.*

*Beneficia*, quæ *supra diximus Mandatis de providendo* non inclu-  
 di, nec *Nominationibus* comprehenduntur: ut *Præbendæ Theologa-*  
*les*, §. 7. & *g. præsatiq. Ordinarii. eod. Ecclesiæ Parochiales solæ* in *Civi-*  
*tatibus & Oppidis muro cinctis. §. in Ecclesiis. eod. §. statumus. 2. eod. in*  
*Concordat.*

Cum per *Concilium Basileense*, & *Pragmaticam Caroli Sanctio-*  
*nem*, gratiæ *expectatiuæ*, (quarum *usus* in tantum *invaluerat*, ut qua-  
 tuor tantum *menses* relinquerentur *Ordinariis*; ut *supradictum*;) ef-  
 sent *sublatæ*; easque *mordicus retinere* vellent *Pontifices* atque de *Prag-*  
*matica sanctione*, quan: *improbabant*, *conquererentur* apud *Francia-*  
*rum*

rum Regem: inter Papam Sixtum IV. & Ludovicum XI. Regem, iura fuere Concordata: quibus relinquebantur Ordinariis Collatoribus sex menses liberi: Februarius, Aprilis, Junius, Augustus, October & December. Quae tamen tanquam juri & Decretis Concilii Constantiensis & Basileensis, contraria, non sortita effectum. *Gloss. in §. quod quis. in verb. quatuor. eod. in Pragm. Sanct.* Abstulerat etiam Concilium Basileense, & Pragmatica Caroli Sanctio, libera Ordinariorum, beneficiorum collationi, tertiae partis collationem; ut cum jure Communi Ordinarii conferrent beneficia quibus vellet; tertiam partem tenebantur conferre Graduatis, & duas quidem partes tertiae illius partis nominatis Graduatis, reliquam graduatis quos appellant, Simplicibus. *Super. & §. item placuit. eod.* Sed quia ista tertia & tertia tertia, erant incerta, multaeque fraudes in Graduatum praedictum fierent & Collatoribus indeque lites orientur & contentiones multae: Jure Concordatorum quo utimur inter Leonem X. & Franciscum I. Nominatum forma est immutata, in eo quod pro Beneficiorum parte tertia, tertia pars tantum attribuat Graduatis, Aprilis quidem & October Graduatis Simplicibus; Julius vero & Januarius Graduatis Nominatis: Et sic hi, non sine damno, cum duos antea haberent partes tertiae partis beneficiorum iure Concordatorum acceperunt jus aequale cum Graduatis Simplicibus. *Prasatig. eod. & ibi Gloss. Rebuff. in verb. in primo mense. Davis in ad. de benefic. sect. 7. cap. 4. vers. dixi supra. Duaren. tract. de Sacris Minister. lib. 5. cap. 13.*

- 6 Concessum fuit hoc jus Nominacionis Scholis seu Universitatibus Galliarum; 1. Quia praemiorum spes ad virtutem, ad scientiam, accendit literis incumbentes: 2. Quia literatis hominibus indiget Ecclesia: *c. cum ex eo. de elect. in 6.* 3. Quia pauperibus Studiosis hoc modo providetur: *§. quod si quis. de collation. in Pragm. Sanct.* 4. Quia cum ad beneficia promovendi sint idonei, nulli de idoneitate ambigendum judicare melius possunt, quam qui eorum Praeceptoris & Magistrorum sunt. *In nemini. 1. §. 1. vers. Jurisperitos. Cod. de Advocat. divers. judicium.*
- 7 Universitarum nomine intelligimus hic, non tantum Academiae quae habent facultates omnes; sed & eas quae quibusdam facultatibus

CORVINUM  
De Personis  
et Benefic. Eccle

G IV.  
32

carent: *Rebuff. tract. Nomination. quest. 6. num. 13. & 14. vide Gloss. in §. ita tamen. in verb. universitatibus. eod. in Pragm. Sanct.* Appellantur Universitates rectè. Cum Professoribus ac Studiofis literarum, corpus, collegium ac velut Rempublicam habere liceat. Quod alias jure prohibitum. *tit. ff. quod cujusq; univers. Duaren. d. loco, vers. 1. Dartis d. loco, vers. universitatis.*

Nominant autem Universitates, non hominem quemlibet, sed 8  
Gallum: *Gloss. in verb. exterorum. in proem. Pragm. Sanct.* & quidem in Theologia & utroque jure, gradibus & titulis Baccalaureatus, vel Licentiæ, vel Doctoratus; In Medicina, Licentiæ vel Doctrinæ; in Artibus, Magisterii insignitum: *§. præterea. §. teneantur. de Collation. in Concordat.* gradatim, non per saltum; *§. monemus. eod.* in universitate famosa: (quæ est, ubi saltem publicè jura docentur: *Dartis d. loco, vers. illud sciendum.*) non sub Bulla. *d. §. volumus. Dartis d. loc. vers. oportet. aut Codicillis. Duaren. d. loco, vers. 2.* post legitimum tempus studii, per Concordata requisitum, absolutum. *d. §. præterea.*

Legitimum Studiorum tempus est; In studio Theologiæ, in Baccalaureis Simplicibus, annorum sex; in Formatis, Licentiatis & Doctoribus decem: *§. 1. eod. tit.* In studio Juris utriusque, in Baccalaureis annorum quinque; in Doctoribus vel Licentiatis septem: Eademque ratio est Medicinæ, nisi quod infimi gradus in ea non habeatur ratio: *ut diximus.* In Magistris in Artibus annorum quinque.

Exciuntur Generosi homines & claris natalibus, ab utroque parente, orti; Eis enim sufficit ad primum gradum in utriusque juris studio triennium. *d. §. præterea. & §. cum verò. eod.*

Quod constitutum, ut id genus homines ad Juris alliciantur studium; utpote quibus publicè interest Reipublicæ gubernacula potius, quam tenuis fortunæ hominibus committi; *Rebuff. & Duaren. & Dartis ad. locis.* Eadem ratione, qua Cicero scribit; Senatam Romanum quondam decrevisse, ut de Principum filiis sex singulis Etruriæ Populis traderentur in divinandi arte instituendi; *Ne ars, ut ipse inquit, tanta*

tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate ad mercedem  
 questum abduceretur. Natalium etiam splendor non mediocre calcat  
 est ad virtutem.

- 12 Peti Nominaciones & concedi debent, secundum Glossam in  
 statuit. in verb. quadragesima. eod. in pragm. Sanct. tempore quadragesi-  
 ma: sed secundum usum, sufficit eo tempore earum fieri Infirmatio-  
 nes. d. §. statuit.
- 13 Redigi debent in scriptis: §. prefatiq. Graduati. & §. volumus. eod.  
 in Concordat. Quamvis alioqui scriptura ad conficiendum negotium  
 minimè sit necessaria. l. contrahitur. 4. ff. de pignor.
- 14 Nominatus, retentis Originalibus, duplicatas exhibere debet Col-  
 latoribus seu Patronis: §. teneantur. eod. in Concord. ut appareat postea,  
 quis ex pluribus Nominatis sit antiquior. §. statuimus. eod.
- 15 Originales, Scribæ & Scholastici Conventus, seu Secretarii, aut  
 Pedelli manu, debent obfignari, adhibito authentico ejusdem Con-  
 ventus seu Academiæ sigillo; diemque, mensem & annum continere.  
 d. §. prefatiq. Graduati. d. §. volumus.  
 Idem dicendum de ea testatione, quæ ad legitimi studiorum tes-  
 toris fidem faciendam conficitur. d. §. prefati. & d. §. teneantur.
- 16 Ut Nominatus describatur in Scholarium albo, (Matriculam  
 vocant) quo Scholarum privilegiis gaudeat, non est necesse. just.  
 Gloss. in §. item quod ad dictas. in verb. Universitates. eod. in pragm. Sanct.
- 17 Exprimi debent Sacerdotia omnia ac beneficia, quæcunque quis  
 est Nominatus, obtinet possidetque; una cum vera justaque rethigula  
 obventionumque estimatione & quantitate. d. §. volumus. eod. Cum  
 enim eos nominare non liceat, qui beneficiis aucti sunt ad quantitates  
 aureorum ducentorum, utile visum fuit in Nominacionis formula  
 jus quantitatis fieri mentionem. Duaren. tract. de benefic. lib. 5. cap. 13.  
 §. 3.
- 18 Dirigendæ sunt Nominaciones ad eos qui beneficiorum con-  
 fectorum jus habent, & hac in parte gravari possunt. §. si quis verus. eod.

Corvinu  
 De Personi  
 et Benefic. Eccle

G IV

32

ut qui trium beneficiorum collationem habuerunt. *Gloss. in § placuit. in verb. Turonum. eod. Dartis d. loco, vers. secundam.*

Eadem est ratio Patronorum, sed Ecclesiasticorum tantum; quos *nominatim exprimit Leonina Constitutio*: non etiam Laicorum: In quos non simili potestate & Imperio, ac in Ecclesiasticos, uti solent Pontifices. *vid. Rebuff. in tract. Nominat. qu. 15. num. 6.* Durum siquidem est, nec modestiæ Sacerdotali congruum, prægrandes uberesque possessiones ab hominibus Laicis, non modo gentilitiis hereditatibus detractas, sed etiam juri humano & commercio exemptas, ita tenere Sacerdotes, ut liberum etiam illud Ecclesiarum patrocinium quod benefici homines receptum voluerunt, ipsis auferatur. *not. in c. 2. de præbend. in 6. Duar. d. loco. §. 4.*

Nominationes quia ex Scholasticis Conventibus sæpe fieri solent 19 Collatoribus absentibus, ideò ne hi earum ignorantem causari possint, sunt apud illos omnes etiam scientes, *Gloss. in §. statuit. in verb. exhiberi. eod. in Pragm. Sanct. aut eorum Vicarios, d. §. statuit. vel ex his pluribus unum, Gloss. in d. §. statuit. verb. Vicario. insinuandæ; idque tempore quadragesimæ. Duar. d. loco. §. 5. Dart. d. loco. vers. hanc. in fin.*

Est hic *Insinuatio* nihil aliud, quàm professio seu denuntiatio in 20 actis facta, tam literarum gradus quam literarum Nominationis, attestationis, temporis studii, & attestationis Nobilitatis.

Facienda præsentem Notario & duobus testibus: nisi literæ sint at- 21 testationis Nobilitatis: quæ requirunt testes quatuor. *d. §. præfati. d. §. teneantur. & §. cum verò. eod.*

Semel fieri sufficit: quotannis tamen Candidati nomina sua & 22 cognomina profiteri debent, quò Collatores scire possint, quinam Nominationes prosequantur, & quinam eis renuntiaverint. *d. §. teneantur.*

Post insinuationem factam, si contingat vacare beneficium, in 23 mensibus Graduatis vel Nominatis attributis; debent hi Ordinarium vel Patronum Ecclesiasticum requirere, ut sibi illud conferant; requirere intra tempus illud, intra quod illi conferre & præsentare possunt; *Gloss. in §.*

[Tt] item



item quod omnia. in verbo scilicet. eod. puta sex mensium; ut supra de Etum. c. nulla. de concess. prebend. & c. in. de jure Patronat. in 6. Quo elapso, æstimabuntur negligentes, nec poterunt vacans illud beneficium amplius petere. c. si Clericus. de prebend. in 6. vide Dart. d. loc. cit. Quod ad primum.

24 Quod si requisitus Ordinarius & c. petentes ambienteque reperit, jus conferendi, ut caducum, ad superiores, requisitione facta, prodatim; devolvitur. §. si quis verò. de collation. in Concordat. Gloss. in quod si quis cujuscung. in verbo Pontifices. eod. in Pragm. Sanct.

Nec enim potest Ordinarius quominus beneficium vacans Nominato aut Graduato conferat, recusare: modo non sit alius Gradus aut Nominatus antiquior; & modo non in vim gradus aut nominacionis secularis regulare beneficium appetat, aut contra. Sic enim habet Constitutio, ut secularia secularibus, & regularia regularibus conferantur. §. & in super. eod. & modo non habeat justam recusandi causam. §. ult. eod. Duaren. d. loco. §. 6.

25 Justa causa præter Ordinarias, quæ beneficiandis obijci solent sunt: 1. Si, non Universitas, sed facultas nominaverit: 2. Si Universitas, quæ est suspensa, nominaverit: §. monemus. de collation. in Concordat. 3. Si graduatus in alia universitate, in alia nominatus: Gloss. in §. item quod ad dictas. verbo suorum. eod. in Pragm. Sanct. 4. Si beneficia qua tempore impetrationis possidebat, Nominatus in litteris non expresserit: 5. Si extra tempus quadragesimæ insinuaverit: 6. Si non eo anno: §. præterea. §. teneantur. eod. 7. Si non graduatus in Universitate famosa; d. §. præterea: 8. Si non per continuam tractationem studuerit: vid. lat. Rebuff. d. tract. qu. 22. & 23. 9. Si ius nominacionis amiserit; §. fin. eod. in Concordat. quia molestiam fecit Collegiis; litem contra eos movendo: d. §. fin. quia habuerit in Ecclesia Metropolitana vel Cathedrali, vel in Collegiata duas prebendas, vel Dignitatem cum Prebenda, vel unam; Gloss. in §. quod si quis. ex dicta. in verb. duas. eod. in Pragm. Sanct. quarum vel cujus fructus usque ad ducentos florenos auri de Camera ascendebant; d. §. velum. eod. in Concordat.

Corvinu.  
De Personi  
et Benef. Eccle

G IV.  
32

*Concord.* tempore vacationis beneficii, quod sibi in vim gradus vel nominationis conferri requirit: *Robuff. in d. §. volumus.* quia literis Nominationis renuntiaverit, vel expresse, *c. audita. de restit. spoliat.* vel tacite; sponsalia contrahendo, *Gloss. in num. de Cleric. conjugat. in 6.* religionem, cum antea esset secularis, profitendo: *c. beneficium. de regular. in 6.* quia nominationem per triginta annos non infinuavit. *arg. l. licet. 8. Cod. de jure deliber. Dartis d. loco, vers. in super.*

Pluribus Nominatis, quis cui potior sit, distinctione explicandum: 26  
Aut omnes non sunt graduati, & in candida pura petunt; (Simplices Graduatos appellamus) & gratificationi est locus: *d. §. statuimus. de collation. in Concordat.* Aut omnes sunt Graduati, & locus est antiquiori, non aetate & gradu, sed tempore: *Gloss. in can. fin. dist. 17.*

Distinguendum tamen inter Nominatos ejusdem anni, & Nominatos diversorum annorum; modo omnes debite, ut loquuntur, infinuaverint.

In Nominatis ejusdem anni habetur & ratio prerogativæ gradus: ut *Doctor præferatur Licentiato, hic Baccalaureo:* & ratio prerogativæ facultatis, ut *Doctor Theologus, Doctori Canonico; hic Doctori in Jure Civili:* & sic de cæteris *Doctoribus, Prodoctoribus, Baccalaureis;* Baccalaureo in Theologia formato excepto; qui, studii Theologici favore, Licentiatis in facultatibus aliis præferitur. *d. §. statuimus. eod.*

Is in gradu & facultate concurrentibus, recurritur ad Nominationis datam, ut præferatur *Nominatus primus:* sin verò omnes Nominatione eodem die, gradus prioritas attenditur. *Glossa in d. §. statuimus. in verbo addatam.*

Quod si concurrant hæc omnia, gratificationi Ordinarii erit locus. *arg. c. duobus. de rescript. in 6.* non Universitatum, utrum hæc vel illa magis sit famosa, habebitur ratio. *§. item quod ad dictas. vers. ita tamen. in verb. non teneatur. de collation. in Pragm. Sanct.*

In Nominatis diversorum annorum, prius Nominatus præferri debet, secundum *Glossam in d. §. in verb. præferri.* posterius nominatis. *Dartis d. loco, vers. alterum.*

27 Per *Nominationem*, nullum acquiritur jus in beneficio; remanent tamen beneficia quæ vacant obfructa & obnoxia, ut ea *Nominatio* perire liceat, & collatio alteri facta, irrita sit vel irritanda. *Gloss. in verbis l. oratum. tit. de pacific. possess. in pragm. Sanct.*

28 Sed tamen dicta circularis promotio collatioque beneficiorum non habet locum perpetuò. Nam in Metropolitanis Cathedralibus que Ecclesiis annonæ quædam attributæ sunt Theologis, vulgò præbendas Theologicales appellant; quod præterquam Theologo conferri potest nisi nemini, quocunque anni tempore vacant. *d. S. statimus.* Annorum quoque curatio defertur semper ei qui præditus est gradibus Scholasticis, aut saltem legitimo temporis spatio; id est, triennio, vel Theologie, vel juri Civili aut Pontificio operam dedit. &c. *d. S. statimus.*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV.  
32



LIBER